In questi statuti a carte 60. dopo il numero n.° LXXIII va il seguente statuto.

XIII. Ne deinceps Nationes inter se discordes sint, talis ordo servetur. Primo eligantur duo de Marchia Tarvisina, duo de natione Lombardorum, duo de Natione Romanorum, duo de natione Tuscorum, duo de Natione ultramontanorum, duo de natione ultramarinorum, duo de natione Marchiæ Anconitanæ.

Poi deve seguire col n.° XIV. lo Statuto che si trova a carte 60 col. n.° XIII.

Ne Universitatis bona &c.

STATVTA ALMAE VNIVERSITATIS D. ARTISTARVM, ET MEDICORVM PATAVINI GYMNASII.

Denuo correcta, & emendata.

Existente Rectore Mag. D. Ioanne Paulo Vbaldino Muglensis Doct. Philosopho, & equite.





VENETIIS,

Apud Iulium Painum Stationarium Almæ Vniuersitatis Artist.

MDLXXXIX.

MAGNIFICVS, ET ILLVST. D. IOAN. PAVLVS VBALDINVS MVGLENSIS, COMES, ET EQVES RECTOR ARTISTARVM.

Nomina Conſiliariorum.

SINDICVS.
Lucas Eberlinus Argentoratenſis.
VICARIVS.
Iacobus Guidotius Caſtrofranchenſis.
TVSCHAE.
Auguſtinus Dominicus Fulginas.
Franciſcus Paladenus ex Petriſollo Marchianus.
VLTRAMONTANAE.
Vrbanus Suſner Alemanus.
Antonius Battus Haderslebienſis Cimbræ.
VLTRAMARINAE.
Ioſeph Lauria Siculus.
Hector Agapitus Ciprius.
LOMBARDAE.
Comes Cirus Canoſſus Veronenſis.
Franciſcus Emanuells Veronenſis.

TERVISINAE.

Ioannes Baptiſta Liuetia Vicentinus.
Vector Stampolinus Feltrenſis.

ROMANAE.

Delius Clemens Fulginatenſis.
Marcus Antonius Lucentius ex Neapoli.

ANCONITANAE.

Brunus Secardi Auſculanus.
Vrianus Butius ex muro velio Marchianus.

TABVLA RVRRICARVM, QVAE IN HOC TOTO VOLVMINE CONTINENTVR.



Primi libri rubrica.

laribus.

Secundi libri rubrica.

Tertij libri rubricæ.

FINIS.

LIBER PRIMVS.

De officialibus vniuerſitatis. 1.



Nte omnia officia,& dignitates noſtræ vniuerſitatis numerandas ſtatuimus. Habeat igitur in primis rectorem tanquam caput, & ducem per quem præcipue regatur. Vnum ſapientem 12.conſiliarios: vnũ Maſſarium,ſeu depoſitarium:vnum bidellum generalem : vnũ notarium publicum,& authenticum. De quorum omnium officio,& electione,in ſpecialibus ſtatutis infra ſubijcietur.

De numero,& diſtinctione nationum. 2.

OMne corpus ex ſuis membris integrari decet: quare ſtatuatur totum corpus vniuerſitatis noſtræ ex ſeptẽ nationibus omnino conſtare. Quarum vna ſit natio Tuſcorum cui Romandiolam adijcimus:cum Vrbino,& eius diſtrictu. Secunda ſit Vltramontanorum,ſeu Tranſalpinorum. Tertia Vltramarinorum, ſeu Cypriorum. Quarta Lombardorum, videlicet eorũ qui ſunt vltra Atheſim. Quinta Marchia Teruiſana:cui adiungimus Forũ Iulij cum Illirijs Dalmatinis,& Iſtris. Sexta ſit Romanorũ, Lucanorum, Abrutiorum, Terræ laboris, Siculorum, Calabrorũ, & Apulorum. Septima vero ſit Marchia Anconitana. Teneatur aũt quilibet ſcholaris noſtræ vniuerſitatis per notarium noſtrum in vna de prædictis nationibus,de qua fuerit oriundus, ſe matriculari,& inſcribi facere. Volumus.n.attendi originem propriam, & non paternam,aut maiorum ſuorum. Declarantes tamen,ꝙ ſi pater ſcholaris inſcribendi domicilium mutauerit,& ei⁹ loci vbi domicilium conſtituit. Ciuis factus ſit:tunc matriculandus propriam originem ſequatur : ſi autem pater matriculãdi domiciliũ non conſtituerit,& extra patriam filius natus ſit, Tũc origo paterna potius,quã ipſius ſcholaris caſualis natiuitas attẽdatur. Quod ſi quis in altera natione ſe matriculari faciat,quam de propria vt

Vide lib. 3. c. 4. et 12.

ſupra

ſupra dictum eſt, incurrat pœnam li. 20. & priuationis ab vniuerſitate per integrum annum: ſed ſi in nulla de ſeptẽ prædictis nationibus oriundus, inſcribatur in proximiori natione.

De matricula ſcholarium. 3.

VT omnes ſcholares gaudentes priuilegijs noſtris dignoſcãtur conſtituimus, quod quilibet ſcholaris de nouo veniẽs intendens in artibus, vel medicina ſtudere infra menſem poſt ſuum aduentum teneatur ſe præſentare D. rectori. Cui corporaliter iuret ſe pariturum ſibi, & ſucceſſoribus ſuis, & omnia ſtatuta noſtra ſeruaturum quem rector per notarium noſtrum in matricula ſuæ nationis inſcribi faciat pro qua ipſe matriculãdus ſoluat maſſario uniuerſitaris ſol. 30. qui vniuerſitati noſtræ applicẽtur notario uero pro ſuo labore ſol. 4. notarius autem ſcribat, & nomen, & cognomen, & ciuitatem matriculandi. Habeat. n. uniuerſitas volumen vnum matriculæ, & in membrana apud maſſarium continue ſeruatum. Aliud vero volumen ſeruetur apud notarium. In neutro autem quis ſcribere quempiam poſſit, niſi notarius noſter, & ſi quid per alium ſcriptum eſſet nullius ſit momenti. In prædictis autem libris matricularum de per ſe, & ſeorſum ſcriptæ ſint cum ſuis rubricis omnes ſeptẽ nationes, in quibus omnes ſcholares conſcripti ſunt, vt in ſuperiori ſtatuto apparet: neq; aliquis ſcholaris ad vniuerſitatem admitti poſſit: niſi ipſum ſoluiſſe per utrunq; librum, & maſſarij, & notarij conſtet. Quod ſi quis ſcholaris cuiuſcunq; fuerit conditionis recuſauerit ſe matriculari, & pro matricula ſoluere. Is non ſolum a ſuffragio arceatur. Sed etiam ab omni commodo ſcholaſtico, & ab introitu ſcholarum repellatur.

De ciuibus Paduanis matriculandis. 4.

Vide li. 3. c. 5. AD commoditatem, & dignitatem ciuium Patauinorum ſtudentium in noſtris facultatibus: ſtatuimus, ꝙ quilibet ſcholaris Patauinus, & eius diſtrictus, licet vocem dare eis non liceat in aliquo actu noſtræ vniuerſitatis: tamen omnibus priuilegijs noſtris gaudeat: ſubſitq; iuriſdictioni, & poteſtati rectoris noſtri & in libro matriculatum noſtrarum per notarium noſtrũ, ſicut ſcholares forenſes de per ſe ſcribantur ſub rubrica de matricula

pag 59 n° 90

ciuium

ciuium Patauinorum declarantes,ꝙ ad aliquem actum publicũ, disputationes,repetitiones,arguendo,ſeu reſpondendo:neq; ad examen aliquod admitti poſſit,niſi ſit matriculatus, vt ſupra, & pro matricula ſoluerit ſicut externorum ſcholarium quiſque. Et ad idem præſenti ſtatuto obligamus ſacerdotes non clauſtrales, & ſcriptores ſcholas noſtras intrare volentes.

De his,qui poſſunt dare uocem in uniuerſitate. 5.

AD ballotationes legitime faciendas ſtatuimus, ꝙ quilibet ſcholaris volens dare vocem ſit ſtudens in hoc ſtudio,matriculatus ad minus dies 30.ante ballotationem per duos mẽſes continuos proxime ante ballotationem publice,& ordinarie intrauerit cauſa ſtudendi,& cõtinuandi. Nullus ſcriptor qui infra annum pretio aliquid ſibi,vel alteri ſcripſit.Nullus ſacerdos, uel frater clauſtralis cuiuſcunq; ordinis:nullus qui aliquandò pecuniam,vel victum,vel domum pro ſua habitatione, uel aliqđ pretium, ſiue præmium cuiuſcunq; generis acceperit pro ſua uoce danda,vel etiam pactum cum aliquo fecerit propter aliquam ꝓmiſſionem ſibi factam. Licet nullum poſtea pretium acceperit: nullus ciuis,vel originarius,vel ex priuilegio, vel gaudens priuilegijs ciuitatis,quo ad commoda ſimul,& incommoda: nullꝰ doctor collegij:nullus in medicina licentiatus,neq; aliquis manens Pataüij, qui non intrauerit per duos menſes proximos ante ballotationem.Et ſi aliquis iuerit ad aliquam ciuitatem,uel caſtellũ ſiue uillam Paduani diſtrictus,vel extra,& ibi habitauerit per aliquod tempus:niſi redierit ad hoc ſtudium ſaltem per 2. mẽſes ante ballotationem cauſa ſtudendi,& continuandi, & per illos duos menſes publice,intrauerit:niſi forte aliquis in patriã rediſſet propter mortem patris,aut aliquem ſimilem caſum,ex legitima,& neceſſaria cauſa de quo ſtetur iuramento ſuo ſi uidebitur rectori,& conſiliarijs:qui remota quacunq; fraude ſolum in tali caſu poſſint illum admittere: nullus ſtudens in iure ciuili, uel canonico:nullus inſcriptus in rotulo noſtro,præter D.rectorem & ſcholares legentes. Lecturam vniuerſitatis.ſ. tertium Auicennæ:nullus priuatus, ſeu condemnatus uigore alicuius ſtatuti niſi pœnam ſoluerit,& reſtitutus etiam poſtea fuerit:nullus debitor

uniuersitatis ex quacunq; causa: nisi prius restitut⁹ etiam postea fuerit,& debitum integre persoluerit: nullus nisi qui peruenerit ad 14.ætatis suæ annum: nullus qui intra annum renuerit lecturam aliquam, etiam aliqua causa legitima, vel necessaria pro toto illo anno quo erat deputatus ad illam lecturam: nullus suffragiũ præstare possit pro fratre germano, sed pro illo actu excludatur: nullus famulus, vel mercenarius: nullus infamis ex quacunque causa, neq; aliquis qui non soluerit collectam bidello. In nullo autem casu quisquam uocem suam delegare possit. De his vero qui dare debent uocem in electione doctorum amplius declarabitur in lib. 2. sub propria rub. De his qui possunt dare uocem ĩ ballotationibus lecturarum. Ad omnium inimicitias euitandas, & scandala in ballotationibus oriri solita ut post habitis precib. neglectisq; extrinsecis violentis impedimentis omnes scholares nostri ex uera animi sententia iuramento suo satisfacere possint salubriter statuimus, expresse mandantes, quod in omni actu tũ per rectorem, & cõsiliarios, seu sindicos quam per nationes, seu vniuersitatem celebrando, teneatur quilibet dare suffragium ita secrete, & occulte, vt comprehendi, aut intelligi non possit ĩ quã pixidem suffragium suum dimiserit: sub pœna priuationis suæ uocis per annum integrum, & lib. 25. irremissibiliter auferendarum: eiusq; suffragium in eo actu abijciatur, & pro nullo habeatur. Teneatur autem quilibet scholaris suffragio a rectore accepto ante, & postquam manum in pixidem immiserit apertam, & extensam ostendere. Pixides vero non circunferantur: sed omnes scholares ad præsentiam rectoris accedant, & suffragium dimittant. Suffragia uero afferantur: exhibeatur, & numerẽtur per ipsum rectorem, in præsentia Mag. Prætoris, & Capitanei quando adsunt in rectoris electione, uel Rotuli reformatione. Si vero (quod Deus auertat) quispiam diabolica suasione impulsus tãtæ temeritatis existat, ut plusquam unum suffragium dederit, uel dare uoluerit, licet deprehensus non potuerit incurrat pęnã lib. 30. Nullus uero scholaris in uniuersitate præsens suffragium suum in manu retineat, aut ad id suffragium præstandum accedere negligat: sed in aliqua ex tribus pixidibus dimittere teneatur,

tur, ſub pœna li. 12. quarum medietas ſit uniuerſitatis: reliquũ accuſantis: omniq; commodo vniuerſitatis, & ſcholaſtico p menſes duos priuatus habeatur. Hoc vero ſtatutum in qualibet congregatione vniuerſitatis omnibus audientibus per notarium legi volumus.

Quomodo voces ſecrete dantur, & de pœna eorum, qui plura ſuffragia dant. 6.

AD faciliorem, & liberiorem cuiuſq; ſuffragantis intentionẽ explicandam, & voluntatem exequendam in ſuffragãdo in ballotationibus noſtris tres pixides magnas, & diuerſorũ colorum ſtatui volumus. quarum vna ſit rubea, in quam ſuffragium approbantis dimittatur. Altera viridis, ſeu nigra: in qua ſuffragiũ reprobãtis, & negantis dimittatur, tertia alba in qua ſuffragiũ dimittant. Qui neutrã ſequuntur partem: hoc eſt qui neq; probant neq; improbant, ſed medios ſe ad utranq; ſententiam præbent.

De pœna eorum, qui veniunt in vniuerſitate pro danda uoce: cum ſint inhabiles. 8.

STatuitur, ꝙ quicunq; non poſſit dare vocem: ſiue ſit ſcriptor ſiue famul⁹: ſiue ciuis, ſiue alia ratione inhabilis: ſi ad vniuerſitatem venire præſumpſerit: vel vocem dare tentauerit, etiam ſi non dederit uocem incurrat pœnam li. 30. quarum 3. pars ſit cameræ fiſc. altera vniuerſitatis, tertia accuſantis. Si vero vocẽ incognitus dederit, & poſtea per aliquod tempus probari poſſit ipſũ non fuiſſe habilem quando dedit uocem. Incurrat eandem pęnã & in actis vniuerſitatis noſtræ per notarium noſtrum ad perpetuam memoriam annotetur.

Quales debent creari rectores, ſeu vicerectores. 9.

PLatonis ſententia eſt beatas fore reſpub. quarũ rectores, aut ſapientes ſint, aut ſapientiæ ſtudent. Decent. n. eũ qui dignitate reliquis pręſtat, alios & virtute, nobilitate, diſciplinis, eloquẽtia, diuitijs anteire. Quare ſtatuimus neminem in rectorẽ noſtrũ proponi, aut eligi poſſe, niſi honeſte, & laudabiliter vixerit ĩ ſtudio generali: ſtudueritq; ad minus per 2. ann. cum dimidio ĩ medicina: quorum duorum annorum ad minus annum unũ in hoc ſtudio ſtuduerit ſuis proprijs ſumptibus, & expenſis ante ballo-

tatio-

tationem electionis: dummodo prius etiam hic, vel alibi studuerit per tempus debitum in artibus: perueneritq; ad 24. suæ ętatis annum, de quo si dubitatur, stetur iuramento suo. Sit natus ex legitimo thoro: non sit vxoratus cum vxore veneta, uel patauina propter scandala, & inconuenientia oriri solita ex fauoribus, qui comparari solent ab huiusmodi affinitatibus: non exercuerit cyrurgiam infra annum: neq; aliquis qui fuerit alias rector in hoc studio: non sit in medicina licentiatus, sit matriculatus, & habilis ad uocem dandam, sit bonæ, & laudabilis famæ: non sit debitor vniuersitatis ex aliqua causa.

De oppositionibus fiendis scholaribus in electione Rectoris. 10.

Vide ref. li. 4. c. 18. et lib. 3. c. 7.

AD multos clamores, rixas, & turbationes: remouẽdas teneatur rector ante ballotationem sui noui successoris per tres, aut quatuor dies per notarium nostrum omnia nomina scolariũ matriculatorum hic actu studentium scribi, & publice appendi in apothecis nostris, & per bidellum per scholas proclamari facere, quod si quis intendit opponere alicui ex aliquibus scholarib. ibi scriptis, quod non possit dare uocem in electione noui rectoris: Compareat coram rectore, & consiliarijs, alias nõ admittetur & eadem mandata scribantur per notarium in illa carta, in qua cõscripti sunt scholares in apothecis ut uero hoc efficacius adimpleatur teneatur rector conuocatis sapiente & consiliarijs sub pęna lib. 30. & cuilibet. Consiliario. x. tribus diebus cõtinuis ad huiusmodi audienda, & discutienda sedere, quicquid autem de singula re per maiorem partem fuerit obtentum, & decisum plenũ habeat robur, & executionem, ne q; postea quisquam opponere audiri possit contra aliquem scholarem ex illis conscriptis: neq; contra illud quod fuerit decisum per rectorem, & consiliarios: pœna opponenti priuationis vocis in ballotatione rectoris, & x. lib. & eandem pœnam incurrat sapiens, & quilibet consiliarius consentiens audire tales oppositiones.

De tempore electionis noui rectoris. 11.

Vide lib. 4. super 11. c.

PRopter multas vacationes, & studiorum dispendia euitanda tempore electionis noui rectoris statuimus, quod electio noui rectoris omni exceptione remota omnino ĩ prima. hebdoma-

da

da 40.uidelicet in 2.uel 3.uel 4.die celebretur:neq; ulterius prorogari possit,pro qua electione specialiter per rectorem,& consiliarios publice uniuersitas per bidellum generalem conuocetur per 6. dies ad minus ante ballotationem per scholas omnes: si fuerint vacationes,conuocetur vniuersitas per cedulas manu notarij nostri appensas in tribus diuersis apothecis. Pœna rectori non exequenti lib.60.sapienti. 20.cuilibet consiliario. 15. quarũ medietas applicetur cameræ Dom.& medietas vniuersitati. Ad scandala autem solum euitanda,& ut res quietius procedãt.Teneantur prætores ciuitatis, aut saltem eorum alter interesse quando per rectorem,& consiliarios fuerint requisiti: neq; alios officiales,seu magistratus prædictæ electioni interesse volum⁹.Si vero D.rector pro dicta electione non obstante pœna uniuersitatẽ statuto tempore congregare neglexerit. Tunc congregator,uel sapiens cum uno ex consiliarijs habeant auctoritatem uniuersitatem congregare pro dicta electione:illisq; in hoc casu notario & bidellis nostris, vt obediant mandamus sub pœna periurij, & lib.5.pro quolibet uenire teneantur.

De modo, & forma eligendi rectorem,seu vicerectorem. 12.

Congregata uniuersitate exclusisq; scholaribus,& alij q̃buscunq; qui ballotare non possunt exceptis rectorib.&vniuersitatis nostræ officialibus,rector singulos scholares ad iuramentum vocet,de proponendo eligendoq; meliore, & quem putet accepturum:eosq; diligenter numerari faciat: quorum numer⁹ per notarium annotetur,deinde seorsum singulas nationes conuocet,& per ordinem prima natio rectoris. Deinde reliqui sibi eligant unum electionarium qui habeat conditiones quas habẽt consiliarij,vt infra declarabitur in statuto sub rubrica. Quales debent esse consiliarij, vel electionarij.Quilibet antẽ scholaris possit unum de natione sua nominatim electionarium proponere, & de omnibus propositis qui plures uoces in natione sua habuerit,is electionarius ei⁹ nationis habeatur. Quos electionarios sic electos: rector ad se cum sapiente, & consiliarijs conuocet eisq; omnibus præstet iuramentũ,ut supra.Deinde primo ipse rector, secundo sapiẽs, tertio quilibet ex septem electionarijs proponet, *Vide li.3.c.19.*

&

& nominet in rectorem quem uoluerit:& quem digniorem putauerit,& acceptaturum. Neque præter hos quiſpiam poſſit proponere,eos uero ſic in rectores ad ſe conuocet,& interroget.An ad rectoratus officium ballotari velint,& negantes deleri faciat affirmantes vero eo ordine quo propoſiti ſunt ſcribi faciat per notarium:eosq; ſigillatim primo per dictos electionarios:ſapiẽtem,& conſiliarios ballotari etiam inuitos faciat.Et ſi quis doctorum propoſitorum ſeptem uoces ad rectoratum non habuerit ad minus ex omnibus prædictis.22.vocibus deleatur,neq; ballotari per uniuerſitatem poſſit.Eos uero nmnes qui ad minus ex prædictis 22. uocibus ſeptem uoces habuerint per uniuerſitatẽ totam ballotari etiam inuitos faciat,eo ordine quo propoſiti fuerant, & de omnibus ſic ballotatis per uniuerſitatem qui plures voces habuerit,etiam rector deſignatus habeatur. Si uero inter duos,vel plures ballotatos vocum paritas accidat iterum ballotetur: unica tantum ballotatione in pixidibus contrarijs. Et ſi ſecũdo paritas eadem ueniat. Tunc Reuerendiſſimus Dom.Epiſcopus Dom.Poteſtas,Capitaneus, & rector noſter gratificent, & quem putauerint meliorem, & ſi inter ipſos dominos ſententiarum paritas quoq; eueniat pars rectoris noſtri obtineat.

De oppoſitionibus electi,ſeu eligendi. 13.

SI qua facta exceptio eligendo fuerit in rectorem,ut quod nõ ſtuduerit tempore debito,uel nõ uixerit ſumptibus ſuis: uel ex alia cauſa ſit inhabilis,teneatur rector cum ſapiente,& electionarijs,& antequam ballotetur talem oppoſitionem decidere: ſi vero poſtquam electus eſt quis opponere velit: teneatur rector publicari facere per bidellum talem eſſe electum in rectorẽ.Cui ſi quis intendat opponere compareat coram ipſo,& conſiliarijs in illo ſero,uel mane ſequenti, quibus conuocatis per ipſos tales exceptiones diligenter examinentur,& ſi uerę,& probabiles per maiorẽ partem earũ declarabuntur, teneatur rector infra triduũ uniuerſitatẽ conuocare,& ad nouã electionẽ procedere,ut ſupra

ſi uero

si vero falsæ, & nõ probabiles compertæ sint ille electus Rector habeatur, & confirmetur, & accepta idonea fideiussione, vel pignore, vt infra statuitur, Rector habeatur: & confirmetur præsentetur fideliter conuocatis Doctoribus nostris, & Scholaribus. Reuerendiss. D. Episcopo, & Rectoribus ciuitatis. In prædicta vero congregatione sapientis, & consiliariorũ quãdo huiusmodi examen faciendum sit, adsit Rector, sapiẽs, & ad minus, duæ partes verorum cõsiliariorum: nec in actu quis substitui possit. Ad tollendas vero calumnias, & dilationes declaramus, quod si quis opponere velit electo antequam audiatur, deponat pignus lib. 100. & si oppositiones per ipsum factæ non fuerint probabiles, & veræ, amittat dictas lib. 100. quarum tertia pars sit Rectoris, tertia electi, & tertia vniuersitatis. Quam pęnam euitet, si causam sui erroris, Rectori, vel consiliarijs ostendat, & per duas partes ipsarum ad minus probata fuerit: pœna Rectori non exequenti: nullus autem opponens nisi prædicta forma seruata, & nisi à Rectore, & consiliarijs audiri possit.

De termino electo dato ad acceptandum. xiiij.

STatuitur ad tollendas dilationes, si electus in Rectorem fuerit in ciuitate, teneatur infra triduum respondere, si vero absens: assignetur sibi terminus sicuti videbitur. D. Rectori, & consiliarjis, attenta longinquitate, vel propinquitate loci in quo existit: si vero infra ipsos terminos non respõderit, eius electio nulla, & cassa habeatur: quia quam citius fieri potest pro noua electione vniuersitas congregetur, & alter eligatur.

De excusationibus electi, & pœna cum tenuit sine causa. 15.

NE quis tantam dignitatem, aut temere petere, aut calumnio se renuere præsumat: suas excusationes: coram Rectore, sapiente, & Consiliarijs examinandas proponat. Quibus sibi probabiles videbuntur, ad eas discutiendas vniuersitas conuocetur: & si per duas partes vniuersitatis ad minus approbatæ fuerint, tunc excusatus habeatur, & ad nouam electionem procedatur: si vero per duas partes vniuersitatis non admisse fuerint eius excusationes. Rectoratum acceptare teneatur, quod si pertinax perstare voluerit incurrat pœnam lib. centum & quinquaginta, quarũ

tertia pars applicetur Cameræ Illustriss.D. tertia Rectoris, & tertia vniuersitati. *De his, quæ facere tenetur electus.* 16.

TEneatur acceptare sub pœnis prædictis infra dictum terminum: teneaturq; dare fideiussionem idoneam, ad minus li. 100. D. Rectori, & consiliarijs, quod hinc non discedat antequã per sindicos fuerit expeditus, & quod stabit sindicatui. Item dare cogatur idoneum pignus, aut fideiussorẽ duc. 30. quod ante festũ Resurrect. Paschæ: omni exceptione remota subibit examẽ suum in medicina, & se licentiari faciat, non obstante decreto aut constitutione aliqua, aut consuetudine in contrarium faciente, quod si neglexerit tertia pars dictæ pœnæ applicetur cameræ fiscali. Tertia vniuersitati. Tertia celeberrimo collegio Doctorum artiũ & Medicinæ. Nihilominus quando ante dictum terminum non subierint examẽ suum, possint Doctores dicti collegij exigere ab ipso precium examinis, sicut ab alijs priuatis scholaribus, & si ante dictum tempus non fuerit licentiatus, vltra prædictam pœnã priuatus sit ab ipso officio rectoratus, & ad alterius electionẽ procedatur pœnam non exequenti lib. 100. quæ diuidatur vt supra. Teneatur etiam quando se præsentabit habere vestem honorabilem optimo panno colorato. In illaq; die qua pręsentatus fuerit facere teneatur Doctoribus, & scholaribus nostris in domo sua, vel alia magis idonea honorificam collationem, neq; ferre possit cappam nisi de scarlato, neq; habitare possit cum aliquo Doctore collegij, & si quis doctor collegij eius socius in domo fuerit teneatur illico ex domo discedere, & eam electo dimittere, aut si malit electus alteram conducat, habeatq; in domo per se ad minus vnum famulum bene indutum suis sumptibus. Declarantes & determinantes: quod si casu contingeret (quod Deus auertat) electum mori, aut quomodolibet aliter caputeum non assumere postquam per sacramentum medicorum Collegij fuerit licẽtiatus, quod hæredes electi, uel ex rebus, & bonis electi satisfacere debeant sacramento medicorum collegij, & vniuersitati, & eius officialibus. Si vero non possit hoc fieri, volumus quod Doctores collegij nullo modo sint obligati eius successorii gradum doctoratus gratis tribuere.

De commodis, & emolumentis electi. 17.

DIgnum statuimus, vt qui ad tantam dignitatem designatus est: honoribus, & emolumētis præcæteris affluat. Statuitur itaq; in omnibus actibus publicis, & priuatis omnibus quibuscunq; conditionis, seu gradus sint præcedat quos rector noster præcedit, ita quod immediate post rectorem sequetur, & si ante assumptionem caputei contingat ex aliqua causa rectorē abesse. In omni actu sit, & habeatur vicerector omnemq; auctoritatem, quam habet rector obtineat: & examinibus scholarium, quæ fieri contingunt absente rectore interesse in collegio teneatur, neque ab ipsis doctoribus collegij repelli possit. Pecunia vero, & emolumentum rectori spectans ex examinibus scholariū examinatorum absenti rectore electo præsente: si rector vltra 8. dies nō vniuersitatis causa abfuerit ad ipsum electum deueniat. Si vero infra 8. dies rector abfuerit, uel ultra vniuersitatis causa a qua extra urbem missus esset absens fuerit: emolumentum, & pecunia supradicta ipsi rectori seruetur. Ipsum præterea electum teneantur doctores collegij sine vllo præmio in medicina examinare, non obstante aliquo eorum decreto, aut consuetudine ante festa paschalia, sine ulla solitarum gratiarum petitione, quæ per alios scholares fieri solet. Nec pro ipsius examine, aut collegium, aut Reuerendiss. D. Episcopus, aut rector, aut uniuersitas, siue notarius, siue bidellus ullum præmium percipere possit, & si perceperint restituere teneantur. Similiter post finem sui officij sine ulla solutione, siue publice, siue priuate, ut sibi placuerit tradere insignia medicinæ teneantur.

Vide li. 3. c. 10. et 11.

De die Assumptionis Caputei. 18.

VT annuis magistratib. uniuersitas gubernetur. Statuimus, quod nouiter electus teneātur Kal. Maij. Caputeum rectoratus solenniter assumere in ecclesia cathedrali: aut saltem in die dominico proximo sequenti. Si uero ulterius caputeum distulerit assumere, incurrat pęnam li. l. vniuersitati applicandarum, & nihilominus in anno seq. Cal. Maij successori suo caputeum assignare teneatur. Quoniam omne illud tempus transacto illo die Calendarum Maij in damnum suum cedere uolumus.

De die assumptionis Caputei. De expensis fiendis à Rectore. 19.

Vide li. 4. c. 19. HOdie quo rectoratus officium ingressus est induat vestem honorabiliorem ex serico. Item habeat aliam vestem suffultam sindone pro tempore æstiuo. Item aliam hyemalẽ de grana. Accedat cum rectore doctoribus, & tota vniuersitate comitatus Reuerendiss. Episcopo, & Prætoribus in Ecclesia cathedrali ad Caputeum assumendum. Post hoc accedat ad locum vbi fiat omnibus solennis collatio: domumq; redeat comitatus ab omnibus prædictis. D. Doctoribus cum tubis, & tibicinibus: teneãturque doctores legentes post collationem rectorem domum reducere sub pœna periurij, & li. 20. Similiter sapiens, & quilibet cõsiliarius sub pœna lib. 25. pro quoliqet quarum quidem pœnarũ applicetur tertia pars Rectori: tertia Vniuersitati: tertia Camerario qui eas exigerit. Similiter post prandium teneantur oẽs prædicti equestres Rectorem associare cum dominis Prætoribus ad faciendũ hastiludia: vel alios ludos: pro quibus quilibet doctor legens teneatur ponere competẽs preciũ: quod ipse Rector victori morenti decernat: ad quos ludos pro honore studij, & maiori solennitate celebrandos confirmari petimus: quod ipsi Præsides vrbis cum Rectore nostro equitare teneantur. Ipse vero Rector ponat precium ad minus duc. x. pro omnibus vero hasti ludijs habeat Rector hastas paratas ad minus octingentas. Si vero contingat Prætores non equitare. Tunc Rector conuocatis sapiente, consiliarijs, & doctoribus legentibus, & cum ipsis deliberetur, quod festum aut genus ludi gratum scholaribus faciundum sit. Soluantq; omnes doctores pro dictis festis: pro fortunarũ, & sui salarij conditione sicut Rectore, & consiliarijs videbitur: adiunganturq; ad pecuniam doctorum x. duc. ipsius Rectoris deputẽturq; per consiliarios: qui dictas pecunias dispensent: illiq; deputati omnium rationem reddere cogantur. Nullus autem doctor sub pœna dupli recuset soluere statutam à consiliarijs pecuniã. Teneatur post se habere ipse Rector duos famulos suis expẽsis. Nõ habitet nisi cum duobus socijs. Nec habitet cum aliquo doctore collegij. Nunquam in publicum incedat sine caputeo de varis, & nisi sit comitatus vno socio ad minus.

De

De forma iuramenti noui Rectoris, seu Vicerectoris. 20.

CAputeum Rectoratus assumens: antequam ex cathedra descendat iurare teneatur prædecessori suo ad sancta Dei euãgelia se seruaturum omnia statuta Vniuersitatis nostræ ad cuius commoda, & honores aduigilabit eiusq; iurisdictionem sine vllo respectu tueri, & augere procurabit. Item ꝙ tempore debito sibi successor idoneus eligatur. Item quod tempore debito. s. post electionem suorum sindicorum iurabit ad minus in hac sua ciuitate per 22. dies permansurum, & quod subiacebit iudicio sindicorum, & si oportuerit ipsum ante 22. dies discedere, idoneũ, & legitimum procutatorem cum duobus idoneis fideiussoribus in solidum per sindicos, & consiliarios acceptandis dimittet.

Ad quid Rector specialiter teneatur. 21.

NEcessarium iudicauimus: ne per ignorantiam aliquid delinquere, aut permittere quis rector se excusare possit, hoc speciali statuto summatim declarare ad quid Rector sit speciali ter obligatus. Statuitur ergo quod rector teneatur prouidere: vt tempore debito successor sibi idoneus eligatur, vt supra. Itẽ deferat iuramentum corporale doctoribus legentibus, & scholarib. vt infra subijcietur. Item cum bono studio infra mensem post assumptionem caputei perlegisse debeant omnia statuta nostra: & pro singulo actu siue vniuersitate, siue inter consiliarios, & sindicos, videat statuta ad illum actum spectantia: quæ tunc legi faciat per notarium. Item nõ proponat nec proponi sinat, & si propositum fuerit, ballotari non permittat vllo modo de remittẽdis pœnis, in quas aliquis doctorum, vel scholarium, siue officialiũ nostræ vniuersitatis incidisset: nec possit rector vlla ratione partẽ suam cuipiam remittere sub pœna dupli, & periurij. Item quod ante finem sui officij pecuniam vniuersitatis si vllo modo ad manus suas peruenerit, massario deputato assignabit: omnes pęnas pecuniarias infra x. dies exigi facere teneatur, procurẽt quod doctoribus salaria persoluãtur. Item comitatus laudabili comitiua, doctorum, & scholarium debeat visitare. D. Episcopum. Potestatem Capitaneumq; de nouo dignitatem, seu officium intrantes: & sic in eorum discessu, & illis affectuose vniuersitatem comen-

Vide li. 4. c. 21.

clare, post electionem sindicorum per 22. dies integros persona liter hic manere teneatur: & iuri stet, prout per sindicos contra eum cognitum fuerit, & iudicatum: a quorum sententia nequaquam alicubi appellari possit, & super pœnis sibi impositis persoluendis suo successori, & sindicis obediat cum effectu: quod si ex aliqua causa legitima, & necessaria per duas partes consiliario rum, & sindicorum approbanda eũ discedere oportuerit dimittat duos idoneos fideiussores insolidum, prout continetur infra in statuto de sindicis. Si vero durante officio eum recedere opor tuerit non reuersurus: vel etiam tardaturus: det fideiussores vt su pra coram Vicerectore qui loco sui per vniuersitatem substitut⁹ fuerit. Discedere autem non possit nisi impetrata licentia vt infra de substitutione rectoris proprio statuto continetur. Caueat ne in matriculis nostris tempore sui officij permittat aliquem non studentem in facultatibus nostris inscribi: studẽtes autem admit tere teneatur, ad petitionem scholarium legi statutum facere teneatur. Quod legi ipsi scholari expedit pro scholaribus, & docto ribus recedentibus ne quis suo debito fraudetur quos fideiusso res accipiat: faciatque eos scribi per notarium in actibus suis, vt semper inueniri possint. Omnia priuilegia, & immunitates scho larium obseruari facere teneatur. Vniuersitatisque iurisdictionẽ, & commoda non solum obseruare: sed etiam ampliare teneatur. Concordiam, & pacem inter litigantes, & discordes ponat eorũque controuersias de plano inquantum poterit diffiniat. Intẽtus sit ne scholarium, aut doctorum quispiam, aut eorum priuilegia per potentiam alicuius opprimantur. Compellat omnes doctores tam artium, quàm medicinæ in facultatibus suis ad minus se mel disputare publice, & quotidie ad circulares disputationes, q̃ in apothecis fiunt, eos venire, & stare cogat. Teneantur omnes doctores sigillatim tempore debito ballotari facere. Intersit disputationibus publicis, & examinibus scholarium in collegio. Non induat cappam, nisi laneam de scarlato. Nec appareat in pu blicum: nisi insignibus rectoratus, quæ mutari non possint: siq; comitatus aliquo socio, habeatq; post se duos famulos: nec hẽat in domo vltra duos socios, qui tamen in vniuersitate nullum of

ficium

ficium habeant: Ad aliquem actum publicum nõ accedat nisi rogatus & inuitatus, & in nostris actibus semper præcedente notario nostro, & bidello generali cum baculo argenteo. In fine sui officij volumen nostrorum statutorum, & priuilegiorũ ille sum & immaculatum successori suo cõsignet cũ sigillo vniuersitatis. De pecunia vniuersitatis omnia priuilegia si quæ impetrari contingat redigi faciat in volumina nostrorum statutorũ. Teneatur in ebdomada pro tribunali sedere in loco deputato ad minus semel ad iudicandum. Quamlibet causam coram se agitandã infra 20. dies diffinisse, & sententiasse teneatur sub pœna li. 25. ꝓ qualibet causa non expedita, nisi in aliqua cã absentia, vel lõginquitas testium eum excusauerit. Non possit aliquam sententiam suorum prædecessorum retractare: sed tamẽ eas mandet executioni. In die post assumptionem caputei cum sapiente, & consiliarijs ad hoc specialiter conuocatis firmare de vniuersitate conuocãda teneatur pro electione sapientis, sindicorum, & consiliariorum. Teneatᷣ a nouiter electo successore suo accipere fideiussores quos ipse electus dare tenetur sibi, & cõsiliarijs nomine vniuersitatis.

De commodis Rectoris.

AEquum vt est qui tanta regendæ nostrę vniuersitatis onera, & incommoda sustinere coactus est, ei munera cõmoda, & emolumenta decernantur. Quare statuimus, quod Rector pro quolibet examine habeat ducatum unum, & pro publico habeat hæc donaria. Videlicet vnum par honorabile Cyrothecarum de camotia cum serico precio sol. xl. Vnum annulum qualis solet dari doctoribus precio sol. l. Vnum libretum laueũ precio lib. 4. & totidem de vnoquoq; bachalario creando in artibus, vel medicina, & sex paria Cyrothecarũ de montone ꝓ sua familia ꝓcio sol. 32. quæ sex paria non dentur per bachalarium. Et si fiat conuentus priuatus pro prædictis habeat: loco denariorũ pro cõuentu ad minus ducatum unum: si quis vero illorum actuũ duplicetur eorum quoque emolumenta duplicentur: similiter uolumus si contingat aliquem licentiari, seu doctorari per aliquẽ alium priuilegiatum, quam per collegium doctorum, aut Dom. Episcopum Patauij, vel eius districtu, quod talis examinãdus seu *Vide li. 4. c. 22.*

doctorandus soluat tantundem rectori quantum soluisset si fuisset per collegium examinatus: nec de prædictis omnibus pecunijs, aut denarijs liceat rectori quicquam remittere sub pœna periurij, & dupli applicanda vniuersitati. Item gaudeat priuilegio concesso uniuersitati, videlicet quod pro examine, & conuentu suo in medicina nihil soluat, aut D. Episcopo, aut doctorib. collegij, aut vniuersitati, aut alicui alteri officiali: nec pretoribus, aut alicui alteri possit in suo conuentu dari Cyrothecas sub pęna periurij, & lib. 25. Et si quis ex prædictis causis aliquid accepisset, restituere teneatur. Item non soluat collectam aliquam tempore sui officij: nec etiam post habeat mediam partem pœnarum pecuniarum in quam incidisset tempore suo aliquis doctor, seu scholaris, si eas exegi fecerit: nisi per alia statuta in aliquo casu aliter determinetur. Alia vero medietas sit vniuersitatis nec possit partem suam alicui remittere sub pœna dupli, & periurij. Itē quam primum electus est in rectorem, & acceptauerit ac præsentatus, & confirmatus fuerit intelligatur idoneus ad lecturam, ad quam deputatus sit pro diebus in quibus non intratur ordinarie. Pro qua lectura tuetur vninersitas procurare, vt habeat duc. l. & oēs solliciti sint quamuis non capiat nunc nisi 20. quod ipsi assignētur cum effectu prædicti duc. l. Nec non statuentes, quod nullus doctor, seu scholaris salarium suum petere aut capere possit: nisi prius rectori pro suo salario integræ, & vnica solutione satisfactum fuerit, & si cui satisfactum fuerit. Rectori autem nō possit Rector repetere ab is qui receperunt, vsq; ad integram quantitatem sui salarij. Item deposito magistratu in omnibus actibus teneatur sedere in banca rectoris: habeatq; perpetuam exemptionem à iuramento: a solutione collectæ: & quolibet alio grauamine, & ob memoriā veteris dignitatis a fine sui officij si contingat eum hic manere ad minus per annum in quocunq; loco reperiatur, sit semper primus post rectorem nostrum, & omnes illos p̄cedat quos Rector ipse præcedit: necessarie excepto nisi Rectore Iuristarum durante suo officio: & idem locum habeat in personā eius qui electus est in Rectorem, vel substitutus in Vicerectorē: qui in omnibus, & per omnia sit loco rectoris nostri. Ne autem

in posterum inter Rectores, seu Vicerectores nostro: seu cum re ctoribus, aut vicerectoribus Iuristarum cum qnibus concordiã, & amicitiam integram cum ordinis nostri dignitate firmare, & augere volumus vlla discordia, seu controuersia oriri possit: de procedendo optimum statuimus Illustriss. Dominij Veneti decretum alias per clarissimum virum Nicolaum Schirotũ de seri lo prædecessorem nostrum impetratum inuiolabiliter obseruare: vt videlicet in omnibus actibus nostris Rectores Iuristarũ prę cedant, & honorẽtur. In ipsorum vero Iuristarum actibus nostri eorum pręcedant Rectores. Declarantes tamen expresse, quod vi cerectores, seu nouiter electi nullo modo præcedant Rectores; durante rectoratus officio. Habeat Rector noster in omni actu, & per vniuersitatem totam, & integrã celebrando, suffragia quatuor. In actibus vero per consiliarios, sindicos, seu nationes singulas faciendis, & ballotandis habeat tantum duo suffragia. In lecturis vero quæ per scholares specialium facultatum ballotantur, habeat duo suffragia. Finito eius officio infra annum etiã in omni actu habeat duo suffragia: omnibusq; commodis vniuersitatis in perpetuum gaudeat. Nec iurisdictionem, aut iudiciũ vniuersitatis declinare possit: neq; cuipiam illum ad alium iudicem vocare liceat.

Quod Rector possit dare licentiam de armis. 23.

QVoniam executio officij Rectoris, & omnis dignitatis eius sic exigit. Statuimus: quod Rector cum socijs duobus, & famulis: Notario, & Bidello vniuersitatis possint, & debeant ferre arma cuiuscunq; generis offensibilia: & defensibilia impune, & libere, de die, & noctę cum lumine, & sine lumine per ciuitatem & comitatum seu districtum Paduę, & quoniam plerunq; occurrentibus multis causis necessarijs, familia D. Potestatis commodæ haberi non potest. Item possit rector auctoritate officij dare licentiam eandem cuicunq; scholari, & doctori legenti ferendi arma pro eius defensione, si timet inimicitias de quo stetur iuramento ipsorum. Habeant prædicti scholares timẽtes inimicitias licentiam rectoris inscriptis manu Notarij nostri cui soluere teneantur ad minus sol. 8. & signata sit sigillo Rectoris nostri, nec

Vide li. 4. c. 23.

haben-

habentes talem licentiam vllo modo molestari possint per Potestatem, aut Capitaneum, aut quemlibet eorum officialium.

De iudiciali iurisdictione Rectoris. 24.

HAbeat Rector iurisdictiooem quam habet quilibet iudex ordinarius in omnes scholares doctores legentes Notariū B. dellos scriptores, & quouis modo gaudentes priuilegio scholarium non solum Paduæ, sed etiam in toto Paduano comitatu, & districtu, procedatq; in omnibus causis summarie, & de plano & sine figura iudicij possit etiam diebus feriatis procedere, quę quidem iurisdictio, vt firma maneat mandamus nullum scholarem: doctorem legentem, aut alium vniuersitati subiectum, forū aut iurisdictionem Rectoris declinare posse. Trahens vero scholarem, aut alium vniuersitati subiectum ad alienum examen, seu iudicium si sit non subiectus vniuersitati, & fuerit actor: cadat a tota causa, & hoc si fuerit præmonitus. Si reus habeatur pro confesso. Si fuerit uniuersitati subiectus, siue actor, siue reus. Vltra pœnas prædictas incurrat pœnam periurij, & priuationis ab uniuersitate, ad quam restitui nullo modo possit: nisi persoluerit li. 25. Iudex autem cuiuscunq; conditionis fuerit cui sit allegatum scholasticum priuilegium. Si contra aliquem vniuersitati subiectum processerit, ipso facto incurrat pœnam lib. 100. quarū una pars sit camerę fiscalis, alia vniuersitatis: tertia Rectoris, & quarta camerarij qui eas exegerit, & nihilominus quod per ipsum iudicem mandatum, aut sententiatum, seu diffinitum esset nullius sit roboris, aut momenti etiam si sententiam transisset in rem iudicatam, & non fuerit oppositum. Iurisdictionem, aut Rectoris ita diffinimus, vt solus cognoscere, & decidere non possit nisi vsque ad summam li. 30. Abinde supra ferat sententiam conuocatis sapiente, & consiliarijs, & vt sibi ipsi, & maiori parti ipsorum visum fuerit. Ne autem totiens necesse habeat conuocare consiliarios. Liceat ipsi in omni etiam maiori summa audire, & procedere vsq; ad publicationem processus, aperto & publicato ꝓcessu conuocatis consiliarijs, per ipsum rectorem, & cōsiliarios sententia feratur: similiter in causis criminalibus rector habeat iurisdictionem, in eisq; ex officio suo inquirere, cognoscere, & decide-

re

re teneatur, nisi forte talis causa criminalis siue delictum esset tátum, quod ex eo delinquens veniret condemnandus in aliquo membro mutilando. Quia tunc Rector illum delinquentem iudici sæculari permittat: In omni alio casu, nullus alius iudex quã ipse Rector, & consiliarij procedere possit sub pœna l. li. in quã etiam incurrati ipse accusator accusans gaudentem scholastico priuilegio ad alium iudicem.

Quomodo Rector procedat in iure dicendo, & quomodo agatur contra eum. 25.

TEneatur rector quolibet die iouis aut alio commodiori die bis, videlicet de mane, & vesperi pro tribunali sedere pro iure dicendo, procedat inspecta rei veritate, de plano, & summarie sine vlla figura iudicij. Ad requisitionem partis deferat iuramentum de calumnia compellat reum actore requirente dare fideiussionem idoneam de iudicato soluendo. Si actor non fuerit subiectus vniuersitati: deponat infra biduum pignus idoneũ pro expensis pro tertia parte eius quantitatis quam petit, & si in ea causa reconueniretur, deponere etiam teneatur pignus idoneum pro tota quantitate, pro qua reconueniretur. Recusans vero dare dicta pignora non solum non audiatur, sed cadat ipso facto a tota causa. Compellat reum illico respondere, aut affirmando, aut negando. Det partibus terminum ad probandum, quæ uoluerint solum sex dierum: nisi longinquitas, & absentia testium aliter suaderet. Deficientibus probationibus sacramentum deferat rector parti digniori. Nullam causam committat, aut deleget, nisi de pretium uoluntate quamlibet causam, aut controuersiã infra viginti dies absoluisse teneatur, & expensas taxasse. Postquam uero sententiam fuerit pars succumbens infra triduum satisfecisse teneatur alias pignoretur, & pignora præsentẽtur per bidellũ nostrum officialibus cameræ communis Paduæ, qui ea ad requisitionem, & mandatum Rectoris vendere, & uictori satisfacere teneantur: si quis vero uoluerit contra rectorem petere, eum cõueniat coram sapiente, & consiliarijs tanquam iudicibus competentibus, qui partibus auditis, audiant, & diffinient: similiter si quis ab aliquam causam cuiuscunque generis contra uniuer-

sitatem

ſitatem agere velit coram nemine alio quam coram rectore,&cõ ſiliarijs petere,& agere poſſit: Teneatur Rector ad petitioně cuiuſcunq; agere volentis contra vniuerſitatem conſiliarios conuocare,qui ſecum iuſtitiam miniſtrent,nec quiſpiam cõtra vniuerſitatem a quopiam alio iudice audiri poſſit,aut per aliquem quã per rectorem,& conſiliarios procedi, & ſi proceſſum aut ſententiatum eſſet nullius ſit roboris,& momenti: Cadatq; ipſe iudex qui fuerit in pęnam li.100.vt in ſuperiori ſtatuto dictum eſt, diuidendam,ipſe vero ſapiens , ſeu ſindicus vniuerſitatis quando quis agit contra vniuerſitatem ad reſpondendum compareat,& partes vniuerſitatis tueatur : In omnibus autem prædictis actib. adſint continue coram Rectore Bidellus generalis , & Notarius.

Quando Rector ſuſpectus habetur. 26.

SVb Iudice ſuſpecto litigare pergraue ſemper eſt habitũ. Quare vt omnes debitam iuſtitiam cõſequantur ſtatuimus,quod ſi contingat aliquem litigantium coram rectore ex aliqua cauſa eum ſuſpectum habere,vt pars allegans Rectorem ſuſpectũ pri° iuramento ſuſcepto quod non malignandi cauſa,aut protelandi judicium rectorem ſuſceptum allegat , proteſtetur corã notario deponatq; pignus lib.x.Apud Bidellum generalem quarum medietas applicetur Rectori,medietas vniuerſitati.Si vero probauerit cauſas ſuſpitionis,vel ſi per arbitros eligendos,vt infra continetur,cauſas ſuſpitionis iniuſtas eſſe compertum ſit.Quib°,omnibus per notarium in ſcriptis redactis , pars allegans rectorẽ ſuſpectum eligat ſcholarem vnum de vniuerſitate noſtra quẽ uoluerit,& rector alium,& conſiliarij tertium,qui habito iuramẽto de iuſtitia miniſtranda ſuper cauſas ſuſpitionis cognoſcant,& diffiniant prout eis videbitur,& ſi a tribus, vel duobus eorũ cauſæ ſuſpitionis non approbatæ fuerint, tunc negocium principale rectori dimittant de cauſa litigantium cognituro . Si vero ſuſpitionem iuſtam eſſe iudicatum fuerit,tunc ipſi arbitri in cauſa principali procedant,& diffiniant, nec ab eorum ſententia appellari poſſit.Sed eandem executionem habeat,ac ſi ipſe rector , & conſiliarij ſententiam protuliſſent.

A ſen-

A sententia Rectoris non esse appellandum, sed supplicandum. 27.

VT litibus debitus finis imponatur, ne scholares distrahātur aut in vanum tempus protrahant: statuitur a sentētia rectoris, vel consiliariorum a quopiam siue sit vniuersitati subiectus, siue non, nullatenus appellari posse: sed eorum sententia plena cum effectu habeat executionem infra triduum. Appellans vero cuiuscunq; fuerit conditionis incurrat pœnam li.lx. Quarum tertia pars sit Rectoris: tertia vniuersitatis, tertia cameræ Illustriss. Domini, & nihilominus quod per rectorem, seu consiliarios diffinitum est fortissimum robur obtineat supplicari tamen possit infra biduum a die latæ sententiæ ad consiliarios, tanquā ad iudices superiores, quæ supplicatio porrigatur inscriptis, quę tamē non admittatur, si sententia non excedit summam vnius duc. In maioribus vero summis sententiæ supplicationem, sic moderamus quod rector ad supplicationem, & requisitionem supplicātis teneatur conuocare sapientem, & consiliarios: qui viso examinatoq; processu, & audito Rectore, si quid pro suæ sententię defensione allegare voluerit infra 8. dies postquam supplicatū fuerit, causam sine rectore terminent, & quicquid per ipsos decisū erit plenissimam habeat executionem infra biduū: nee deinceps ad quempiam, aut appellari, aut supplicari possit declarantes expresse ipsum audiri supplicantem non posse, nec de eius supplicatione ad consiliarios ferri nisi penes bidellum deposuerit lib. x. applicandas nostræ vniucrsitati ipso facto si contingat per cōsiliarios Rectoris sententiā confirmari. Si vero rectoris tententiā infringant tunc ipsi consiliarij de tota principali cā cognoscant.

Quod sententia Rectoris, seu consiliariorum per Potestatem executioni mandetur. 28.

DOminus Potestas, & reliqui officiales teneantur omnes rectoris, & consiliariorum sententias, siue interlocutorias, siue diffinitiuas, siue præcepta ad requisitionem ipsorū, siue eorū nuncij executioni mandare.

De extraiudiciali iurisdictione Rectoris. 29.

AD Rectoris iurisdictionem confirmandam, & exaltādam possit contumaces, & inobedientes quauis pœna arbitrio

suo

ſuo mulctare, videlicet cum honeſta mandat, & licita ſub virtute præſtiti iuramenti: poſſitq; tales contumaces a ſcholarũ introitu, ac doctorum ſcholariumque ſocietate in totum excludere. Nec audeat quiſpiam doctorum poſt priuationem alicuius priuati legere in eius præſentia ſub pœna lib. 40. quarum vna pars ſit cameræ fiſcalis, altera Rectoris, tertia vniuerſitatis, poſſit etiá in omni ballotatione ſi paritas vocum accidat, cui parti velit gratificari. Excepto tamen in electione Rectoris, & doctorũ in quibus duobus caſibus conſeruentur ſtatuta propria de talibus electionibus loquentia. Habeat Rector in omni actu per cõſiliarios ſindicos, electionarios, ſingulas nationes ballotando, & in oĩum facultatum lecturis duo ſuffragia, & in ballotationibus per totũ corpus vniuerſitatis faciendis, ſemper ſuffragia quatuor, intereſſe teneatur in collegio Doctorum in omnibus examinibus ſcholarium, & ſi præſens fuerit in ciuitate, & non interfuerit dictis examinibus, pecunias amittat quas capere debebat pro illo examine, niſi grauis infirmitas eum excuſauerit. Item auctoritate officij ſui in diſputationibus, & repetitionibus imponat ſilentiũ contra diſputantem, & repetentem.

De vicerectore ſubſtituendo. 30.

VOlentes, & commodis Rectoris ſatisfacere, & vniuerſitatis indemnitati inquantum fieri poteſt prouidere. Statuimus quod Rector propter negocia ſua requiſitis conſiliarijs tempore vacationum magnarum per dies 15. alijs temporibus per dies 8. abeſſe poſſit ſine licentia uniuerſitatis, & alium idoneum loco ſuo ſubſtituere, qui ſubſtitutus habeat in tractandis per uniuerſitatem unicam tantum uocem. Nec collegium in examinib. ſcolarium intrare poſſit: niſi per vniuerſitatem in hoc tantũ actu fuerit confirmatus omniſque interim pecunia, & emolumentũ Rectori ſeruetur. Similiter ſi Rector propter uniuerſitatis negocia miſſus eſſet extra urbem, & diutius abeſſet Talis ſubſtitutus ab eo ut ſupra remaneat, & emolumenta rectori ſeruentur. Sed ſi vltra dictos terminos non ex uniuerſitatis cauſa, aut diſcederet ani

mo

mo non redeundi, aut ex hac vita (quod abſit) diſcederet: tũc alter ſuo loco per uniuerſitatem ſubſtituatur uſque ad rectoris reditum: aut uſque ad electionem ſui ſucceſſoris uidelicet noui rectoris pro anno ſequenti, totaque illo tempore omnia emolumenta recipiat ſicut rector perciperet: & in uocibus, & reliquis omnibus, & per omnia rectoris auctoritatem, & iuriſdictionem obtineat. In eiuſque ſubſtitutione ſiue per uniuerſitatem confirmetur, ſiue de nouo ſubſtituatur, ſeruetur modus qui conſtituitur in electione rectoris, habeatque conditiones in rectore requiſitas, teneaturq; ſindicatui ſtare, & reliqua quæ ipſe rector facere tenetur, niſi quod non ferat rectoratus caputeum uaris ſuffultum: poſſitque talis uicerector ſi uniuerſitati placuerit in ſequẽtem annum ad rectoratum confirmari, & eligi: Si uero rector ultra prædictos dies 15. uel octo abeſſe uoluerit: petat licentiam ab uniuerſitate, quæ debite congregata prouideat, ut ſibi placuerit. Statuentes expreſſe, quod talis licentia peti, nec pro hac cauſa vniuerſitas conuocari poſſit de menſe Auguſti: neque Septemb. neque Octob. & ſi cõtingat rectorem decedere infra dictos tres menſes: ſeu tempore peſtilentiæ, ſeu durante interdicto ſtudij, tunc congregatur cum ſapiente, & conſiliarijs uel ipſis abſentib. aut altero eorum, duo ex conſiliarijs vniuerſitatem conuocent: in qua eligatur unns idoneus uicerector, uſque ad principiũ ſtudij, & reditum ſcholatium: & tunc uniuerſitas de illo confirmando, uel altero eligendo, ut ſupra prouideat qui perduret per totum annum.

De forma iuramenti præſtandi ſcholaribus. 31.

TEneatur Rector, ſiue vicerector bis in anno videlicet: ſemel infra octo dies poſt aſſumptionem caputei, & de menſe Decemb. comitatus ſapiente, conſiliarijs, Bidello generali, & notario ad hoc ſpecialiter conuocatis: viſitare ſcholas omnes, quando Doctores legunt, & ſcholares omnes tam forẽſes, quam ciues ad iurãdum compellat, ſub hac forma, videlicet quod ipſi rectori obedient, & ſucceſſoribus ſuis in licitis & honeſtis, & quod vni-

vniuersitatis forum,& iurisdictionem nunquam declinabunt,& quod semper quando vocabuntur venient ad ipsos,vel consiliarios,& quod si fuerit quispiam electus ad aliquod officium non recusabit officium,nec possit rector,aut cõsiliarij, aut vniuersitas vlla ratione tale iuramentum alicui remittere: neq; aliquis, siue ciuis,siue forensis de tali iuramento immunitatem petere. Quicunq; vero fuerint contumaces,& iurare contempserint: siue ciuis,siue forensis. Si fuerit doctor a lectionibus suspendatur. Si scholaris,non solum a scholarum introitu, & ab omnium scholarium,& doctorum societate arceatur: sed ab omni vniuersitatis officio,& commodo penitus excludatur,ita vt a nemine matriculato in sociũ domesticũ recipi possit: priuatusq, publice denũtietur: eiusq; nomẽ a matricula deleatur, ad nullã lecturã,neq; examẽ siue publicũ siue priuatũ admitti possit: priuatusq; sit ꝑpetuo sic: donec fuerit per tres partes vniuersitatis restitutus,pro qua restitutione soluat ad minus lib. 25.q̃ nullo pacto remitti possint: nec de illis per vniuersitatem,aut quempiam vlla gratia fieri: etiã de nouo quando restitutionem petit iuret, & iterum pro matricula soluat. Ipse vero rector si huiusmodi contumacibus aliquid de prædictis pœnis: aut de his quæ præsenti statuto prohibimus incurrat pœnam li. 25. ab ipso per sindicos exigendarum.

De modo, & tempore conuocandi vniuersitatem. 32.

Vide li. 1. c. 44. NE tractanda per vniuersitatem incõsulte gerantur statuim⁹ quod nec rector, nec quiuis alius vniuersitatem conuocare possit nisi prius de ipsa conuocanda per consiliarios decretũ, & per ipsos expresse deliberatum, & obtentum quod postea in vniuersitate proponendum est. Vt autem tempus conuocandæ vniuersitatis omnibus,qui venturi sunt innotescat. Declarantes, quotiescunq; pro aliqua causa vniuersitatem conuocari contingat,ꝙ per consiliarios decretum sit: & per bidellum generalem, vel notarium publicæ proclametur, in scholis nostris doctoribus legentibus ordinarie, & extraordinarie per triduum ante congregationem,quod tali die,& hora, & loco scholares ad vniuersitatem conueniant,& hoc quando legitur. Quando autem non legitur proponatur edictum inscriptis per notariũ in tribus diuer-

sis

sis apothecis, quod similiter per triduum remaneat ante cõgregationem, Pro electione autem rectoris, & doctorum sicut dictum est in proprijs statutis ad minus interfint ante conuocationẽ 6. dies adijcientes expresse, quod ipsa vniuersitas durantibus uacationibus magnis, aut existente peste, aut durante interdicto studij, & absente magna parte scholarium non possit conuocari, nisi in aliquo casu occurrente in quo ipsa mora, usque ad reditum scholarium paritura esset aliquod magnum damnum, seu periculũ, aut dedecus vniuersitati, quod tamen declaratum sit ad minus per tres partes consiliariorum, & quod in vniuersitate tunc tractatũ est, non habeat firmitatem: nisi obtentum sit ad minus per tres partes in scholarium in ciuitate existentium.

De forma seruanda in vniuersitate congregata. 33.

STatuimus, quod vniuersitate congregata antequam aliquid pro ponatur rector excludi faciat omnes inhabiles ad vocẽ dandam: iubeatq; omnes scholares sedere, & pacifice audire rectorẽ proponentem, & alios loquentes super causa proposita. Nolẽtes sedere excludãtur: nec quippiam proponi possit nisi exclusis cõtumacibus, & omnes sederint. Si vniuersitas ad plures cãs cõgregata est, nihil tractetur, aut proponatur nisi prius expedito negocio principali. Quolibet autem partium, seu res seiũctim, & successiue tractetur, & expediatur, ita, vt duæ res simul proponi, & ballotari non possint. Nullum autem partitum rector aut quiuis alius officialis ballotari permittat: nisi prius per notarium pclamari fecerit: si quis voluerit aliquid super negocio proposito loqui: accedat coram ipso rectore: & stans loquatur. Nullus autem loqui aut proponere quicquam possit nisi impetrata licentia, uel a rectore: uel a consiliarijs. Nec vllum verbum a quopiam fieri possit super aliqua re, nisi de qua tractanda per cõsiliarios fuerit obtentum, & volens aliquis quippiam dicere, vel allegare super negocio tractando accedat ante rectorem, ante cathedram eius. Ibiq; stans omnibus audientibus loquatur modeste: & ordinate vt sibi suadendi, aut dissuadendi videbitur. Pluribus loqui uolẽtibus rector possit in ordine gratificari: dummodo omnes uolentes successiue locum habeant. Si quis vero præter hanc formã sta

Vide refor. li. 4. c. 12.

C tuti,

tuti, ausu temerario aliquid proponere, seu dicere maluerit omni commodo scholarium priuatus sit: & ab vniuersitate repellatur. Declarantes in vniuersitate nihil pertractari posse nisi adsint ad minus tres partes verorum consiliariorum cum duabus partibus reliquę vniuersitatis, & quod aliter tractatum, & obtẽtum fuerit sit cassum, & inane. Hoc vero statutum teneatur notari⁹ legere publice in omni congregatione vniuersitatis.

De pœna scholaris non uenientis ad uniuersitatem. 34.

Vide li. 1. c. 43. et 44. QVicunq; scholaris ad uniuersitatem quum fuerit conuocata non venerit incurrat pœnam periurij, & sol. x. quos infra biduum soluere teneatur. Nec quempiam aliqua causa excusari possit, nisi grauis infirmitas, aut alia similis, & ingens necessitas ad minus per tres partes consiliariorum approbanda: & accedente scholaris proprio iuramento. Periurij vero pœnam scholaris euitare possit quando ad conuocationem vniuersitatis nõ venit, si infra tres dies sol. x. massario assignauerit, si quis autẽ in tribus continuis conuocationibus, & successiuis contumax fuerit: soluere teneatur vniuersitati sol. xl. & per menses quatuor sequẽtes dare vocem non possit. Statuentes, ꝙ notarius in omni cõuocatione vniuersitatis ferre teneatur librum suum matriculæ, & annotare per se omnes absentes: & eos præsentare. D Rectori, & consiliarijs. In sequenti autem congregatione habeat scripto in promptu omnes qui fuere absentes in præcedenti congregatione sub pœna li. 5. pro qualibet vice.

De armis non ferendis in vniuersitate conuocata. 35.

VOlentes negocia nostra non armis, & uiribus: sed ratione, & prudentia regi, Decernimus ꝙ ad vniuersitatẽ quæ uocatur ad aliquid pertractandum, siue sit vnius nationis, siue omnium. Nullus arma ferre audeat: sed ea si habuerit ad mandatũ Rectoris, vel consiliariorum in eorum manibus præsentare teneatur, contrafaciens vocem non habeat pro illo actu: & ab vniuersitate expellatur, si vero habeat iustam, & necessariam cãm ferendi arma: illam cum proprio iuramento rectori, & consiliarijs exponat: quæ si per duas partes consiliariorum non fuerit approbata ab vniuersitate excludatur.

De

De pœna impedientium scholares ne veniant ad dandam vocem. 36.

QVicunq; siue ciuis, siue forensis scholarem quempiam aut minis, aut violentia, aut quouis genere fraudis, seu impedimenti impedierit: aut causam impedimenti, seu uiolentiæ dederit: ut in die congregationis accedere non possit ad uocem suam dandam: pro infamibus, & falsarijs pronuncientur, nec possint ad ullam dignitatem, seu commodum uniuersitatis aspirare: perpetuoq; remaneant descripti pro falsarijs, & infamibus in actibus nostræ uniuersitatis: ad quam obtinendam consentiant duę partes uniuersitatis, nec possint restitui, nec de iniuria siue pęna relaxanda uerbum fieri: nisi prius uniuersitati soluerit lib. 30. Et eam pœnam rector incurrat: nisi tales infra 8. dies fecerit p scholas, ut supra proclamari. Vltra uero prædictam pœnam prædicti impedientes, seu uiolentantes soluant lib. 25. applicandas cameræ Illustriss. D. *Vide li. 3. c. 12.*

De modo partiti. 37.

NVlla electio, seu deliberatio, seu decretum, per consiliarios aut sindicos, aut vniuersitatem factum ullius sit uigoris: si per exclamationem fiat factum, seu obtentum fuerit, sed solum si ad suffragia, uel factas accipiendas, uel ponendas in aliqua triũ pixidum diuersarum positum sit, & si duo uel plures ad aliquod officium seu lecturam ballotandi essent: non simul, sed successiue, & sigillatim ballotentur, & de ballotatis qui plura suffragia pro se habuerit: is obtinuisse declaretur. Nihil autem ballotari possit: nisi prius partitum positum fuerit per rectorem, seu sapiẽtem: seu cõsiliarios, vt res exigit: quod qui velit ponat vnũ suffragium suũ in tali pixide: qui eũdem nolit ponat in altera cõtraria.

Quod in qualibet electione excedatur vocum meditas. 38.

INtegrum solet esse iudicium, quod a pluribus comprobatur. Ideo breuiter statuimus, quod neq; rector: neq; sapiens: neq; qui uis alius officialis siue priuatus, aut officium, aut lecturam se obtinuisse sciat, nisi medietatem suffragiorum ad minus excesserit, & si solus esset propositus, aut ballotatus cum concurrente: neq; rector: neq; quiuis alius in hoc vlli gratificare possit. Sed reprobatus habeatur cum maiori parte non placet.

Quales debent eligi consiliarij electionarij, & sindici. 39.

EOs qui ad tantæ vniuersitatis præfecturas, & officia designãtur virtute,& doctrina,& rerum vsu præstantes esse: & sui iuris potestatem habere decet.Hinc statuimus nullum scholarẽ, qui tempore debito prius in artibus postea in medicina ĩ studio generali ad minus per 2.ann.non studuerit. De quibus vnũ saltẽ annum in hoc nostro studio in medicina studuerit, & quod immediate ante electionem per annum non fuerit repetitor,seu pedagogus,aut vixerit expensis alicuius doctoris:seu ciuis: seu cyrugiam infra annum exercuerit: aut ex aliqua causa sit debitor vniuersitatis:in sapientem:sindicum:consiliarium: electionariũ eligi posse. Et si postquam electus est alienis sumptibus viuere ceperit officio suo priuatus sit,neq; aliquis qui infra annũ fuerit sapiens,aut consiliarius in sapientem:aut consiliarium, in sindicum eligi possit.Nihil autem cuiquam noceat,quod sit consiliarius, vt non possit etiam eligi in sindicum adijcientes ad huiusmodi officia nullum eligi, aut proponi posse nisi præsens fuerit in ciuitate,aut saltem infra biduum alter eligatur.

De electione sapientis,& eius officio. 40.

ADhærentes prædecessiorum nostrorum instituto. Statuim⁹ singulis annis sapientem unum,seu sindicum eligendũ esse:& quod a veteribus statutis prætermissum est sicut, & multa necessaria eius officium præsenti statuto declarandũ duximus. Igitur rector vniuersitate cõgregata infra 4.dies post assumptionem caputei ea die videlicet qua sindici,& noui consiliarij eligẽdi sunt antequam ad alicuius eorum electionem procedatur pręstito omnibus iuramento eligi faciat per totum corpus vniuersitatis vnum ex dignioribus, & expertioribus scholaribus nostris, qui studuerit,& vixerit vt in præcedenti statuto dictum est. Qui sindicus,seu sapiens vniuersitatis nuucupetur:qui tamen non sit nationis rectoris,aut cum rectore cognatione, seu necessitudine coniunctus.Eius officium sit annuum,nec in sequentem ꝓxime annum confirmari ad idem officium possit. In omni congregatione,& consiliariorum,& sindicorum adsit, & habeat in omni negocio tractando per ipsos vnicam vocem.Non veniens ad ꝑdi

ctas

ctas conuocationes incurrat pro qualibet vice sol. 20. & alium si in ciuitate fuerit substituere non possit. Debeat omnes testes ꝓductos in causis agitandis cum notario examinare habeatq; pro singulo examinando sol. 5. si vero domino rectori videretur ex allegatis rationibus ab aliqua partium suspectum haberi tale officium examinãdi alteri consiliario committat. Teneatur quotiẽs placuerit. D. Rectori in aliqua causa quempiam iurisperitum cõsulere, aut etiam de partium voluntate aliqua delegare: sine vllo præmio processum ferre, & quemcunq; rector iusserit consulere possit illi rector tãquam eius vicario in causis, & litib. vices suas committere sententias tamen diffinitiuas sine rectoris consensu facere non possit: ab eiusq; sententijs ad rectorem possit appellari. Si quis ob aliquam causam contra vniuersitatem aliquid petere voluerit: teneatur ex officio suo tanquam sindicus, & procurator partes vniuersitatis defendere, & respondere. Caueat tamen ne ob aliquam causam vniuersitatem coram alio iudice, quã rectore, & consiliarijs quis conueniat. Nullum iter aut laborẽ sibi impositum a rectore, vel consiliarijs, vel vniuersitate pro ipsius vniuersitatis commodis recusare possit. Si cuiuspiam potẽtia aliquis gaudens priuilegijs nostris opprimatur, aut statutũ, seu priuilegium aliquod nostrum infringatur: ipse omnibus in locis necessarijs, conscio tamen rectore: pro talium defensione pręsto esse teneatur. Aduertat, & diligenter ne quid vnquam proponatur, aut tractetur in consilio rectoris, vel in vniuersitate: quod sit contra formam statutorum: aut in præiudicium, uel incommodum vniuersitatis. Nunquam patiatur aliquid proponi de pęnis pecuniarijs remittendis: habeatq; in similibus auctoritatẽ ex officio suo imponendi silentium: & rectori, & cuilibet talia proponenti, & arrenganti, si quid vero obtentum esset in vniuersitate contra formam statutorum, & non seruato statutorum ordine: possit de eius ei retractione ad consiliarios ferre, & conqueri, & partitum inter cõsiliarios de reuocatione ponere, & si videbitur consiliarijs, quod obtentum esset in vniuersitate propter rõnes ab ipso sapiente allegatas reuocandum esse: iterum vniuersitatẽ conuocent. Si viderit rectorem negligentem in obseruatione sta

tutorum, aut in defensione iurisdictionis, & commodis vniuersitatis, ex officio illum admonere teneatur, præsente notario, eoque in negligentia, vel malignitate perstante, de tali negligentia, vel malignitate ad consiliarios deferat, & prouideri faciat, vt infra in statuto de negligentia rectoris continetur. Eius, etiam officium sit absente rectore, vel vicerectore, vt per uniuersitatē uicerector, vel alter rector eligatur talemq; electum nomine vniuersitatis Reuer. D. Episcopo, & vrbis Præsidibus præsentare habeat penes se vnum volumen statutorum nostrorum, quæ omnia plegisse teneatur infra mensem post eius electionem sub pœnā periurij, & notare, & describere in aliquo suo memoriali omnes, & singulas causas, ex quibus vel Rector, vel quiuis alius vniuersitati subiectus in aliquas pœnas quoquomodo coincidere posſit, & inuestigare teneatur diligenter per se, vel per interpositas personas, si qui vigore statutorum inciderint in aliquas pęnas: eosque rectori, & consiliarijs denunciare teneatur, & eorum fauore & auxillio impetrato dictas pęnas exigat, & exequatur. Rector autem sub pœna lib. xl. pro qualibet teneatur sapientē ad dictā exactionem, & executionem adiuuare per sententias, & mādata, ut fuerit necesse, & si res exigit ad D. Episcopum Potestatē, Capitaneum camerarios personaliter accedat, & si requisitus a sapiēte Rector in tali fauore præstando negligens, & aduersarius reperiatur posſit dicta pœna in quam quis incidisset per ipsum sapientem, & quemuis alium ab eo peti, & exigi tempore sui sindicatus. Cuius quidem pœnæ tertia pars sit rectoris sindicātis, tertia uniuersitatis, & tertia sapientis. Si autem sapiens aliquam pœnam incurrat posſit ab ipso per sindicos peti. Ne vero eius labor sine præmio sit: statuimus quod omnium quas ipse exegerit, vel ipsius diligentia, uel ad ipsius denunciationem exacte sint, partē decimam habeat ultra illud quod per aliqua statuta denunciantibus dari decretum est, quæ decimæ ex tota summa dictarū pœnarum accipiantur: si uero aliquando dubitatur, utrū aliqua pœna ipsius sapientis diligentia, uel denunciatione, uel alia ratione exacta sit, tale dubium per rectorem, & consiliarios declaretur, quorum declarationi quemlibet acquiescere iubemus.

De

De electione consiliariorum, & tempore quomodo eligantur. 41.

ET si oporteat rectorem nostrum prudentia, & integritate p̄stare: tamen quoniam nemo per se sapere potest tantũ, quin etiam alterius consilijs iuuari possit. Ipsi rectori dandos esse duximus præter unum sapientem. 12. consiliarios, quorũ consilio, & auxilio uniuersitatis negocia maturius, & honorificentius pertractet. Statuimus ergo quod de mense Maij infra quartum diẽ post assumptionem caputei, uniuersitate ad hoc specialitar cõuocata post electionem sapientis immediate conuocatis seorsũ nationibus assignari sibi faciat consiliarios 12. Quorum officiũ duret menses 6. uidelicet usque ad introitum mensis Nouẽb. aliosq́ue postea 12. similiter eligi procuret ante festum B. Martini p̄mansuros in officio usq; ad nouorum creationem eligendorum de mense Maij. Eligantur autem per nationes iam taxatas supra uidelicet Primo de natione tuscorum duo, de natione ultramontanorũ, seu transalpinorũ duo, de natione Romanorũ duo, de natione Lombardorũ duo, de natione Marchiæ Triuisanę duo, de natione Picentium, idest Marchiæ Anchonitanæ unus, Vltramarinorum unus. Possit autem quilibet unum habilẽ de natione sua proponere. Sed consiliarij vnum tantum primo proponãt in sua natione, & ille vel illi qui de omnibus propositis in sua natione plures uoces habuerit suæ nationis consiliarius habeatur: declarantes ꝙ neq; rector, neq; quiuis alius proponere, neque ballotare possit nisi in sua propria natione nisi quando per totũ corpus uniuersitatis in supplemẽtum aliquis ballotatur modo declarando: nam si de aliqua natione unus solus habilis reperiatur, ad consiliaratum, vel electionaratum eius nationis, & se obtulerit. D. Rectori acceptaturum illud officium teneatur rector talem se offerentem proponere: si idoneus tamẽ existat, & rectore eum proponere recusante: possit quilibet scholaris illum proponere. Qui sic propositus per rectorem, uel alium solus ballotetur per totam vniuersitatem, & si maior pars suffragiorũ in vniuersitate existentium pro illo reperiatur: suæ nationis consiliari⁹ habeatur. Si autem plures voces haberet contra se quam pro se reprobatus reputetur, & ad illud officium quilibet alius schola-

ris habilis ad vniuersitatem etiam alterius nationis proponi, & eligi possit. Si autem de aliqua alia natione tantum duo habiles reperiantur possit alter alterum proponere, & eligere. Si vero discordes essent. Et neuter alterum proponere velet possit quilibet ipsorum per rectorem, & quemlibet alium scholarem proponi si modo se obtulerint ad aliquod officiũ, & fuerint habiles: nec possit aliquis scholaris alterius nationis his propositis ad eorũ concurrentiam proponi, vel ballotari: eos vero sic propositos rector per totam vniuersitatem ballotari faciat, & si vterq;, vel alter eorum reprobatus esset: tunc de alio idoneo modo ante dicto per totam vniuersitatẽ suppleatur. Si quis vero alicui ad hæc officia proposito velit opponere: vel ꝙ non studuerit tẽpore debito, vel ꝙ sit debitor vniuersitatis: vel ꝙ sit alia ratione inhabilis opponat antequam ballotetur: oppositioq; per rectorem, & cõsiliarios discutiatur, & ꝙ per ipsos declaratum fuerit plenam hẽat executionem. Caueat rector, & sub pœna periurij, & lib. 20. & ꝗlibet cõsiliarius sub pœna lib. x. ne aliquis inhabilis admittatur: aut proponatur: nam licet nullus opponet ex illorum officio illos ad prædictam pœnam obligatos esse volumus si aliquẽ inhabilem ad huiusmodi officia proponi, aut admitti patiantur. Si qs vero per imprudentiam, aut aliquo errore ad huiusmodi officia inhabilis admissus sit, & postea de eius inhabilitate constiterit incurrat pęnã li. 12. & priuationis suæ vocis per menses 4. electi consiliarij ea die per bidellum generalẽ publice per scholas nominentur quando Doctores legunt. Quæcunq; autem dicta sũt de forma proponendi, & eligendi consiliarios, dicta quoq; intelligantur de electionarijs: nisi quod de qualibet natione vnus tãtum electionarius eligatur.

De iuramento consiliariorum, & eorum ingressu ad officium. 42.

TEneatur rector in die sequenti immediate post electionem consiliariorum conuocari facere consilios nouos, & antiquos cum sapiente, & loco antiquorum nouos in corporali possessione ponat: eisq;, & sapienti tale deferat iuramentũ, quod obedient Rectori in licitis & honestis, quando per ipsum, vel sapientem, vel cõgregatorem specialiter, vel generaliter vocati fuerint:

rint: ſemper venient, nec inde diſcedent, niſi re perfecta, & cõple
ta propter quam conuocati, fuerant: Officiumq́; eorum bona fi-
de exercebunt: aduigilabuntq́; ad omnia commoda, & honores
vniuerſitatis. Cuius ſtatuta inuiolabiliter obſeruabunt, procura-
buntq́; quod tempore debito omnes doctores, & reliqui officia
les vniuerſitatis ballotentur, & rectori dabunt fidele conſilium:
eumq́; monebunt quando negligens erit. Omnia per ipſos tra-
ctanda indicta, & ſecreta tenebunt, & ꝙ rationes vniuerſitatis
totis viribus defenſabunt, Teneantur autem quilibet ipſorũ con
ſiliariorum deponere pœnes notarium pignus lib. 5. & ſapiẽs. x.
lib. ex quo exigatur pœna, quando vocati fuerint contumaces.
Si quis autem tale pignus nõ dederit, ante duos dies poſt ingreſ-
ſum in officio priuatus ſit, ab eodem officio, & eius loco deputa
tus ſit qui in eius concurrentia plures voces alijs abuerint poſt
ipſum. Dummodo exceſſerit medietatem vocum ſuæ nationis,
noui autem conſiliarij ea hora qua officium ingrediuntur: iura-
mẽto ſuſcepto diligenter cum rectore inueſtigare teneatur quo-
tiens aliquis ſuorum prædeceſſorum fuerit contumax, & ſuper
dictis pignoribus pecuniam exigant. Declarãtes quod ipſe nota.
rius in actis ſuis in aliqua carta annotare, & punctare debeat to-
tiens, quotiens aliquis conſiliarius ſiue ſapiens per bidellũ uoca-
tus non accedat, eoſq; Rectori, & nouis conſiliarijs ſemper præ-
ſentare teneatur: ſub pœna lib. x. & periurij.

De congregatore, & eius officio. 43.

VT inquantum fieri poteſt nullum incommodum vniuerſi
tas noſtra patiatur. Statuitur quod ipſe rector ſapiens, & cõ
ſiliarij poſtquam ad officium admiſſi ſunt antequam ad aliquẽ
actum per eos procedatur, inter ſe vnum ex ipſis conſiliarijs eli-
gant: qui non ſit de natione rectoris, neq; ſecum aliqua conſan-
guinitate coniunctus: qui vocetur conſiliariorum, & vniuerſita-
tis congregator, eius vero officium ſit conuocare conſiliarios,
quando quis vult rectorem conuenire, uel illi de negligentia, &
malignitate opponere: & abſente, uel decedente rectore, uel eius
ſubſtituto conuocare uniuerſitatem pro electione uicerectoris,
& etiam conſiliarios conuocare quum examinanda, uel ꝓſequẽ
da

da est iniuria facta rectori, vel vicerectori, duret eius officiũ menses sex: sicut & aliorum consiliariorum. Is uero congregator sic per consiliarios deputatus, per bidellum generalem per scholas publicetur, & sindicetur: sicut & Rector. In supradictis cõuocationibus, & actibus consiliarij, & scholares, & reliqui omnes, bidellus, & notarius ei obedire teneantur, sicut & rectori.

De pœna sapientis, & consiliariorum non uenientium ad conuocationem. 44.

SApiens, & quilibet consiliarius conuocatus per Bidellũ, siue notarium. Si non uenerit incurrat pœnam lib. sol. x. & in sequenti conuocatione dare vocem non possit nisi prius soluerit, & si in tribus conuocationibus contumax fuerit: habeatur ipso iure exclusus, & alter suo loco subrogetur per eius natioñe, rectori lib. 5. & sapienti, ac cuilibet consiliario sol. 20. pro qualibet vice, non existẽtibus. Contumaces autem vt supra dictum est, notarius in qualibet conuocatione notare, & punctare teneatur, & rectori, ac sapienti præsentare sub pœna lib. 5. statuimus insuper in vocatione ipsorum consiliariorum ad minus adesse debere duas partes ipsorum. De omni vero tractatu inter ipsos teneatur rector ponere partitum ad requisitionem duorum consiliariorũ quo recusante, tunc sapiens possit partitum ponere non possit tamen vnquam partitum ponere, aut tractare de relaxanda aliqua pœna pecuniaria in quam quis incurrisset: nec aliqua cõtra statuta, & vniuersitatis libertate, & commoda. Et si quicquam horum proposuerint. Rector auctoritate sua illis silentiũ imponat. Et si de his inter ipsos aliquid obtentum esset nullius sit momẽti. Eorum etiam sit officium prius pertractare quæcunq; in uniuersitate pertractanda sunt. Ad hoc si contingeret aliquem agere contra vniuersitatem pro quacunq; causa, uel contra rectorẽ ex officio suo omnibus creditoribus, & debitoribus vniuersitatis iꝰ dicant, & iustitiam ministrent. Teneantur etiam ad minus semel antequam officium egrediantur, videre diligenter omnes rõnes massarij, & inquirere an vnquam aliquam pecuniam, uel rectori, vel alteri dederit, sine speciali licentia consiliariorum in scriptus manu notarij, videantq; omnes introitus, & expẽsas vniuersitatis

ſitatis ordinarias,& extraordinarias examinent matriculas: conuentus & condemnationes, & pœnas in quas aliquis incidiſſet, & pecunias, receptas tempore carniſpriuij a Doctorib. & ꝑpter anothomias, teneatur etiam quilibet conſiliarius quotiẽs ſciuerit aliquem ſuæ nationis, de nouo veniſſe eius nomen, & cognomen D. rectori, & maſſario in ſcriptis præſentare. Teneaturq; ad conuentus, & reliquos actus publicos ipſum rectorem deducere, & reducere, declarantes quod in nullo caſu ipſi conſiliarij cõgregari, aut aliquid tractare poſſint ĩ domo rectoris: & quicquid per ipſos in domo rectoris tractatum eſſe nullius ſit momenti.

De ſedibus conſiliariorum. 45.

IN omnibus congregationibus noſtræ vniuerſitatis adſtent rectori, & ſedeant in anteriori ſcamno: neq; vllus ſcholaris ĩ eo ſcamno, in quo conſiliarij ſedent audeat ſedere, ſub pęna ſol. 20. in diſputationibus vero publicis, & proceſſionib. per vniuerſitatem honorandis doctoribus immediate ſequantur, in lectionib. vero audiendis ſimiliter omnes ſcholares præcedant: neq; in illis primis ſcamnis aliquis ſedere poſſit exceptis conſiliarijs, niſi ſoluat bidello duc. vnum.

De ſubſtitutione conſiliariorum, & ſapientis. 46.

SI quis ex 12. conſiliarijs in ciuitate fuerit in nullo actu alterũ ſubſtituere poſſit, ſi contingat aliquem iſtorum ſe abſente ab vrbe infra menſem teneatur alterum idoneum de ſua natione cõſcio rectore, & præſente notario ſubſtituere. Si vero ultra menſẽ vel non redditurus diſcedat. Rector illa natione conuocata de altero conſiliario prouideri faciat, ſed quoniam ſæpius accidit, vt aliquando omnes conſiliarij non obſtante pœna ad conuocationem non veniunt, & non exiſtente numero ſufficienti actus ille perfici non poteſt, ideo ſtatuimus, quod ſi adſint octo cõſiliarij veri, aut legitime vt ſupra dictum eſt ſubſtituti pro illo actu nullus ſubſtitui poſſit per rectorem, ſed cum illis octo, & ſapiente, quod tractandum erat expediatur. Si vero eſſent ſolum ſex conſiliarij rector poſſit duos idoneos pro illo actu ſubſtituere. Si vero tantum quinq; adeſſent conſiliarij nihil perfici poſſit: Sed actus iſte deferatur ad aliam conuocationem conſiliariorum. In

ſub-

substitutione autem sapientis sicut dictum est de cõsiliarijs: nullus ultra mensem per ipsum possit substitui: Fiat autem semper ipsa conuocatio consiliariorum per bidellum in scholis nostris, quando legitur. Quando autem non legitur vocentur domi sigillatim, & uenire teneantur sub pœnis prædictis.

De rectoris negligentia supplenda. 47.

QVoniam negligentia insignis, & malignitas Rectoris, non solum commoda vniuersitatis retardare, sed etiam plerunque funditus euertere solent. Ideo tanto periculo prouidentes. Statuimus si contingat (quod Deus auertat) Rectorem circa cõmoda, & scholasticam libertatem negligentem, aut aduersarium fore, tam in defendenda uniuersitatis iurisdictione quam nõ obseruandis statutis. Teneatur non solum sapiens præcipue ex officio suo, sed etiam quilibet scholaris eum admonere præsente notario, & vno socio sub hac forma videlicet Domine rector vniuersitas nostra habet tale statutum, seu iurisdictionem cõtra quã vsus emergit, vel incumbit tale periculum contra libertatem vniuersitatis nisi prouideatur, vel accidit hoc ex quo si vigilans eritis vniuersitas nostra, consequetur magnum commodum, & honorem. Quæ admonitio debet ad minus bis fieri: eamq; semper notarius in scripta redigere teneatur. Rectore vero post admonitionem in sua negligentia, vel malignitate perstante teneatur cõgregator sub pœna 25. lib. & periurij ad instantiam cuiuscunq; qui rectorem sic admonuerit, consiliarios conuocare, & si cõgregator infra biduum non congregauerit, per sapientem consiliarij conuocetur sub pœna prædicta, & sapiente adhuc recusante: Duo ex alijs consiliarijs possint reliquos cõsiliarios ad hoc cõuocare: eisq; bidellus, & notarius parere teneantur sub pœna p̃dicta. Consiliarij vero rectore vocato talem admonitionem diligenter examinent in eius absentia, & si maiori parti eorũ uidebitur rectorem in supradictis vere fuisse negligentem, aut etiã malitia vel corruptela aliqua aduersantem. Tunc per consiliarios eligantur. 12. scholares. Qui habiles sint ad consiliaratum: quibus uocatis, & in consilium eorum admissis: secum omnes talem negligentiam, vel malignitatem diligenter examinẽt, & partito inter

ter ipsos ad ballotas posito decernant quid faciendum sit ad talē negligentiam supplendam: quæ si per duas partes ipsorum omnium declarata fuerit, si eis videbitur, possint duos scholares rectori adiungere: ut illi semper assistant, & ꝙ sine eorum consensu rector nihil agere possit, & quod rector de cætero non habeat nisi unam uocem, & illi adiuncti aliam, & quod nullam causam solus sine adiunctis cognoscere possit: qui adiuncti non sint de natione rectoris: nec secum aliqua necessitudine coniuncti: habeantq; prædicti consiliarij cum alijs. 12. prædictis sic electis, & sapiente quicquam grauaminis, aut pœnæ pecuniariæ pro facti qualitate pro tali neglligentia, aut malignitate ipsi rectori potestatem imponendi auctoritate præsentis statuti: dummodo in tali actu adsint ad minus duæ partes uerorū consiliariorū: & sapiens cum alijs. 12. ad hunc actū per consiliarios, ut supra electis: & horum omnium partito ad ballotas posito consentiant duę partes. Si vero in tanta malignitate contra uniuersitatem, & eius libertatem rectorem fore constiterit: vt sibi uideatur magnum periculum fore uniuersitati: si ad finem officij toleretur, viderentq; magnum commodum uniuersitatem consequi posse si ex manibus talis rectoris eximatur, Tūc omnęs prædicti eligāt alios. 12. scholares qui ut supra fuissent habiles ad consiliariatum quibus ad se uocatis exponant omnia inter ipsos agitanda, & si exposito periculo ex malignitate, uel fraudibus rectoris partitum poni possit de ipsius priuatione, & si per duas partes omnium ipsorum obtentum fuerit possint ipsi rectori officium, & dignitatem rectoratus tanquam gladium de manu furiosi eripere Quo obtento: teneatur congregator pro alio eligendo uniuersitatē cōuocare. Quo recusante, sapiens sub pœna li. 25. uniuersitatem ad talem actum cōuocare teneatur, & ad alterius electionē procedere. Si modo seruata fuerit forma præsentis statuti ad unguē. Quod autem per ipsos consiliarios, & alios ad hunc actū electos, & conuocatos deliberatum fuerit plenissimam hēat executionē: nec contra aliquid opponi, aut de nullitate excipi possit. Declarantes, ꝙ si Dominus Potestas, vel Capitaneus adesse recusauerit pro electione talis substituēdi: loco vt supra priuati. Nihilominus ipse

con-

congregator, seu sapiens sub pœnis prædictis vniuersitatem con uocare, & ad substituendi electionem procedere teneantur.

De pœna iniuriantis Rectori. 48.

QVoniam rectoris dignitas, & amplitudo sine totius vniuersitatis contumelia, & infamia violari non potest, totamque secum trahit reliqui scholastici corporis maiestatem. Ideo statuimus, quod si quis cuiuscunq; fuerit conditionis, siue vniuersitati subiectus siue non, Paduæ, vel in Paduano comitatu, siue districtu rectori nostro verbis contumeliosis, vel iniuriosis: vel diffamatorijs in eius absentia iniuriatus fuerit, soluat lib. 100. quarum tertia pars sit rectoris, tertia vniuersitatis, tertia accusantis, qui secretus indictus teneantur. Si plures essent simul prædicta committentes, quilibet ipsorum in lib. 100. cōdemnetur excepto accusatore, qui absolutus intelligatur etiam si delinquens fuisset. Si vero aliquis ipsi rectori præsenti, & audiēti, vel in domo sua, vel in scholis nostris, vel itineranti in aliquo loco publico, cōdémnetur in lib. 200. quarum medietas sit rectoris alterius vero medietatis vna pars sit cameræ fiscalis alia vniuersitatis. Ad prędictā autem iniuriam probandam sufficiat vnus testis cum iuramēto Rectoris, quod si verba fuerint ita atrocia, & cōtumeliosa, & valde læsa, & infamata Rectoris dignitas, vt si in Rectorem quis fecerit aliquam inuectiuam, vel rithmos, tunc iniurians soluat vniuersitati lib. 100. & Rectori tantum soluat: quantum iurauerit se honorem suum, & conditionem suam existimare. Atrocia vero uerba, & ualde contumeliosa, uel leuia esse declarentur per congregatorem, sapientem, & consiliarios, si iniuriās fuerit scholaris, vltra prædictas pœnas pecuniarias omni vniuersitatis commodo priuetur, priuatusq; per scholas publicæ denuncietur, nec aliquis eum in domo socium admittere possit, sub pœna lib. 25. & periurij. Si fuerit doctor legens: ultra prædictas pęnas a lectionibus priuetur, & alius eligatur loco suo. Si non legit ad nullā lecturam per quinquennium proponi, aut eligi nō possit, & si fuerit de collegio in promotorem per aliquem scholaré infra quinquennium accipi non possit. Si fuerit ciuis, aut alius non subiectus nostræ vniuersitati, nihilominus prædictas pœnas incurrat,

quas

quas ipſe Poteſtas exigere, & exequi teneatur ad requiſitionem conſiliariorum omni exceptione iuris, uel facti remota. Taliſq; pro infami,& falſario per omnes ſcholas publicetur, & pro falſa rio ac infami proclamatus ĩ tribus diuerſis apothecis annotetur, cadat ab omni ſuo iure ipſo facto, ſi quod habebat in Rectorem ex quocunq; credito, vel alia cauſa: Nec deinceps petat ab aliquo iudice,& ſi petat non audiatur. Domus ipſius,& alia comercia in terdicantur, in perpetuum, uel ad tempus, ut ipſi congregatori, ſapienti,& conſiliarijs uidebitur: nullus autem iniurians excuſa ri poſſit a prædictis pœnis, quod dicens rectori iniuriã, uel contumeliam perſonam Rectoris exceperit ab ipſius dignitate, dicẽs Salua rectoratus dignitate, uel dicens non inquantum rector cognitio autem harum iniuriarum ad congregatorem, Sapientem & conſiliarios ſpectet, congregator autem ex officio ſuo ſub pœna lib. 50. certior factus per rectorem, uel alium, teneatur circa p̃dicta ex eius officio conſiliarios conuocare, inquirere, cognoſcere,& condemnare, cum conſenſu, maioris partis conſiliariorum qui audito rectore,& aduerſario iniuriante. Citato ſolum ad audiendam ſententiam uigore præſentis ſtatuti, ſine ſtrepitu,& iuris ordine, & figura iudicij ſummarie ad prædictam procedere teneantur. Declarantes ab eorum ſententia nullibi appellari, uel ſupplicari poſſe a quopiam, nec exceptionem aliquam iuris, uel facti admitti. Adijcientes, ꝙ ipſe rector nullam cum iniuriante cõ cordiam facere, nec illi iniuriam remittere, vtpote ad uniuerſita tem totam ſpectantem poſſit, immo ipſo Rectore negligente, tamen ipſi conſiliarij talem iniuriam, quam vniuerſitati illatã ex officio ſuo inquirere,& exequi teneantur. Si uero iniurians fecerit inſultum aliquem Rectori cum armis, uel ſine,& eum percutere, uel uerberare uoluerit. Condemnetur per prædictos in lib. 500. quarum quarta pars ſit Cameræ fiſcalis, quarta Poteſtatis, quarta rectoris,& quarta uniuerſitatis,& ut ſupra infamis,& falſariꝰ reputetur,& publicetur. Si uero ipſum uerberauerit, uel uulnerauerit condemnetur in duc. 400. diuidendis rectori ut ſupra & rectori reficiat omnem impenſam damnum,& intereſſe,& in carceres per annum integrum coerceatur. Quod tempus carceris

exe-

exemere possit si persoluerit, vniuersitati lib. 200. & omne ius si quod habebat ex aliquo contractu, uel cum aliquo rectore, uel cum aliquo scholare penitus dimittat: nec in posterũ a quopiá iudice audiri possit. Si quis uero prædictorum aliquo modo iniuriantium non fuerit soluendo, ab eo exigatur qui soluere põt. Et si iniuria fuerit tantum modo verborum, detineatur in carcere per menses 15. Si uero insultum fecerit cum armis, sibi manꝰ amputetur, & per annum in carcere detinetur. Si aũt ipse rector, causam iniuriarum dederit, utputa, aut quia ipse cœpit obiurgare, aut insultum facere. Tunc qui passus est iniuriam corã cõgregatore, & consiliarijs de tali iniuria conqueratur cõsiliario vero, citato rectore, & inspecta rei ueritate, rectorem admoneant, ut a talibus iniurijs abstineat, & pro rei qualitate si eis videbitur, possint eum pecuniaria pœna condemnare. Cui condemnationi rector acquiescat. Declarantes, quod talis a rectore lacessitus, & ꝓuocatus ad iniuriam rectorem obiurgare, uel ei contumeliose respondere non possit. Sed iustitiam a consiliarijs petat, & si respõdendo, uel se defendendo, iniuriam intulerit Rectori uerbo, uel facto, tantum in dimidia parte condemnetur in qua fuisset condemnandus, pro rei qualitate, si ultro Rectori iniuriatus fuisset eiusq; condemnationis Rector nullam partem habeat. Quæ dicta sunt de rectore, actu existẽte intelligantur ẽt de prædecessore suo, ut qui uidelicet iniuriatus fuerit rectori antiquo infra annũ post depositionem officij puniatur dimidia parte pœnæ in qua cõdemnandus uenisset si rectori præsenti iniuriatus fuisset. Ad p̃dictorum autem executionem imponimus congregatori, & cõsiliarijs, ut cum uniuersitate tota, & doctoribus legentib. statim palatium ascendant, & a Prætoribus pro offensa petant iustitiam, & si oportuerit ad Illustriss. D. accedant ut consiliarijs uidebitur.

De offensa scholaris, seu officialis. 49.

SCholaribus nostris iniurias propulsare volentes. Statuimus, quod si quis scholaris, vel alius Paduæ, vel in Paduano districtu scholarem uerbo, uel facto offenderit, uel offendi procurauerit, uel insultum fecerit, uel ipsum scholarem alieno iudici ciuiliter, vel criminaliter accusauerit, uel non requisito rectore ipsum deti-

detineri procurauerit. Si fuerit scholaris nõ solum suo suffragio & omni uniuersitatis commodo priuatus sit, sed etiam arbitrio rectoris pro facti qualitate puniatur, priuatusq; ꝑpetuo maneat, nisi cum offenso cõcordauerit, & ipsi cõdemnationi satisfecerit & iniuria fuerit uerbalis. Si nõ fuerit uniuersitati subiect⁹ priuatus sit in perpetuum omni uniuersitatis commodo, ipsiq; vniuersitati lib. 20. teneatur, & nihilominus offensus ius suum ꝓsequi pcssit apud iudicem rei. Si fecerit insultum cum armis, uel sine armis uolẽs percutere, uel uulnerare, soluat uniuersitati lib. 40. cadat ab omni iure suo, si quod habebat in scholarẽ offensum, nec uolens exigere ex aliquo contractu audiri possit ab aliquo iudice, nisi cum offenso cõcordauerit, & vniuersitati satisfecerit. Teneaturq; rector cum cõsiliarijs a potestate nomine offensi iustitiam petere eiusq; auxilium requirere pro exactione pœnę ad uniuersitatem spectante, & ipsius offensi iniuriam prosequi, & si offensus fuerit cõsiliarius, uel alius uniuersitatis officialis supradictas pœnas duplicari decernimus, quod si offendẽs, aut iniuriãs priuatus, aut cõdemnatus fuerit, & exinde illi uel alteri scholari offensam iterauerit, adhuc grauior in eum sentẽtia iteretur, & vniuersitati lib. 100. soluere teneatur, & si Potestas ad requisitionem rectoris, uel consiliariorum prædictas pęnas pecuniarias cũ effectu non exequi fecerit in suo sindicatu peti possint.

Quod nullus audeat audire Prætorem, &c. 50.

PVblica negocia non solum a publicis personis, sed etiam ex publico mãdato tractari cõuenit. Quare statuimus quod neque rector, neq; scholaris, aut officialis aliquis, neq; doctor audeat pro aliqua re ad uniuersitatem pertinente, Prætores urbis: aut aliud officiũ, aut Reuer. D. Episcopum adire, & si illa res ad vniuersitatis commodum cederet, sine speciali mandato vniuersitatis, vel maioris consiliariorum partis, pœna rectori contrafaciẽti lib. xx. & cuilibet scholari alteri. x. uniuersitati applicãdarũ. Et si fuerit doctor a lectionibus suis suspendatur, & uniuersitati soluat lib. xx. Si quis uero Illustriss. D. Venetias adire tentauerit pro aliqua re, sine mãdato, ut supra incurrat duplicem pœnam, & priuatus sit uniuersitati commodo.

De electione Bidelli. 51.

TEneatur rector infra mensem post acceptionem caputei universitate ad hoc specialiter conuocata per totam uniuersitatem Bidellum unum generalem eligi facere, qui sit bonæ famę,& conditionis:habeatq; bona stabilia:sit literatus,& notari⁹ autenticus, ut in casu necessitatis suppleat uices notarij: nullus autem ad tale officium eligi possit, nisi obliget ad se minus per bidellum in officio bidellariæ seruire. Et qui præsenti anno electus est si officium suum debite exercuerit in sequentem annum etiam electus intelligatur. In tertio anno vero ipse confirmetur, vel alter eligatur.

De iuramento,& officio bidelli. 52.

Vide li. 1. c. 57. POstquam electus fuerit, teneatur singulis annis tale Rectori præstare iuramentum uidelicet quod sibi,& suis successoribus obediet,& omnibus vniuersitatis officialibus in licitis,& honestis,& quod seruabit omnia vniuersitatis statuta,nec unquam declinabit ipsorum forum,aut iurisdictionem,& pro uiribus bona fide,& legaliter suum officium exercebit,& doctoribus legentibus,atq; scholaribus diligenter inseruiet,& quod omnia per rectorem,& consiliarios tractata secreta,& indicta tenebit.Teneatur autem ad mandatum rectoris conuocare consiliarios,& vniuersitatem.Item quotidie adire rectorem, & interrogare an aliquid ei demandare velit.In diebus festis, & in omnibus actibus publicis ipsum rectorem deducere,& reducere teneatur. Continue sub pœna sol. 20. pro qualibet vice: non possit vnquam ex vrbe discedere,sine specialissima rectoris, aut consiliariorum licentia.Teneatur omnia statuta ad ipsum spectantia legere.Denũciet rectori, & consiliarijs scholares quos sciuerit de nouo venisse.Teneatur ad requisitionem cuiuscunq; citare omnes, siue actores,siue testes coram rectore,vel sindicis,vel consiliarijs citãdos,& notario referre teneatur:nulla festa,aut uacationes publicare possit,nisi dierum,quos vniuersitas festandos voluerit, qui sunt infra in proprio statuto notari.Teneatur tempore debito fenestras scholarum aptare,& paleas emere, & procurare, quod a dominis cooperiantur,& debite claudantur. Teneatur quotidie

quan-

quando doctores legunt ſcholas viſitare,& omnes non legentes uel uſq; ad horas ſibi deputatas non continuantes pũctare,& de nuntiare dominis camerarijs ſub pœna ſol.20. pro qualibet uice,& ſimiliter non uenientes in ſero ad circulos, quotienſcunq; ſciuerit aliquem uniuerſitatis debitorem ex quacunq; cauſa teneatur illum rectori,& conſiliarijs denunciare: nunquam diſputationem,aut principium aliquod,aut actum publicum publicare poſſit alicuius non matriculati, & ſine ſpeciali licentia rectoris ſub pœna lib.trium pro qualibet vice. In omnibus vero congregationibus conſiliariorum,& vniuerſitatis ſemper adſit vſq; ad eorum diſceſſum ſi fuerit maſſarius cuſtodiat diligenter claues capſæ vniuerſitatis, teneatq; uolumen matriculæ ſcholariũ in membrana penes ſe,in quo nullum ſcribi ſinat, niſi per notarium,habeat alium librum ordinatum,& ſuo ſigno ſignatum in quo ordinate deſcribat omnes,& ſingulos introitus, & expẽſas uniuerſitatis,omnes debitores,& creditores, omniumq; rationẽ ter in anno reddere teneatur, vt infra in ſtatuto maſſarij amplius declaratur. Veneretur omnes ſcholares,& doctores eorumq; publicis actibus cum vniuerſitatis baculo intereſſe teneatur,eorũq; ſe,& miniſtrum,& officialem eſſe ſciat.

De collecta bidelli. 53.

DEbita ſtatutorum laborum ſuorum mercede quempiã fraudari non decet. Quare ſtatuimus, quod quam primũ quis electus eſt in bidellum omnibus ſcholaſticis priuilegis gaudeat, & eius officio durante perpetuam habeat exceptionem ab omni onere grauamine, ſeu ſolutione quæ a cõmuni ſibi imponi poſſet:& in ſimilibus tanquam ſcholaris tractetur, dummodo non poſſideat bona immobilia pro ſingulo examine ſcholaris cuiuſcunq; ſiue in artibus ſiue medicina habeat ſol. 50.& ultra hoc ſi facit conuentum publicum habeat cappam ſcholaris antiquam, uel eius loco lib. 3. pro qualibet diſputatione,& actu publico per ſcholas ſol.8, pro qualibet citatione ſol. 1. pro qualibet pignoratione ſol.2. pro ferendis pignoribus ad cameram communis, ut vendantur. ſol.4. Item faciat in anno collectas 3. Requiſito tamẽ Rectore. Videlicet ſemel poſt principium ſtudui pro paleis, aliã

Vide li.4.c. 53.

ante uacationem carnisprivij. Tertium vero post festum pascha Resurrectionis dominicæ. Pro singula autem collecta teneatur quilibet doctor legẽs ei soluere ad minus sol. 20. & quilibet scholaris sol. 8. Nec possit sub pœna dupli, & periurij quippiam de p̃dictis pecunijs remittere. Statuẽtes, ꝙ annotare teneatur omnes scholares soluentes, & non soluentes: ac eos pręsentare. D. Rectori, & consiliarijs. Non soluentes autem rector sub pœna periurij & lib. 10. tempore sui sindicatus exigendarum soluere cogat duplum ipsi bidello, nec admitti possint ad aliquod officium, nisi ĩ duplo ipsi bidello satisfecisse constiterit. In omni autem congregatione vniuersitatis, ipse bidellus præsentare sub pęna periurij teneatur consiliarijs.

De Notario vniuersitatis eligendo. 54.

INter omnes vniuersitatis officiales, seu ministros maxime necessarius est vnus scriba, uel notarius qui notet omnia acta vniuersitatis, & causas coram rectore, & cõsiliarijs agitatas, & omnes actus quomodocunq; ad scholares, & uniuersitatem pertinentes. Quare statuimus: ꝙ ea die qua bidellus eligitur. Vnus ẽt scriba eligatur, qui sit publicus, & autenticus, & bonæ famæ notarius qui se obliget quemadmodum de bidello dictum est in officio notariæ, ad minus per biennium uniuersitati seruire. Nec postquam electus est ballotari possit vsq; in tertium annum, nisi ex aliquo delicto, uel pœna uigore statutorum uenisset condẽnandus, aut priuandus.

Ad quid notarius teneatur. 55.

Vide li. 4. c. 55. POstquam electus est iurare teneatur, se seruaturũ omnia statuta nostra, & paratum. D. Rectori & officialibus nostris, & ꝙ ad omnem conuocationem ad mandatum rectoris, uel sapientis: vel congregatoris, uel consiliariorum, uel sindicorũ semper intererit omniaq; per ipsos tractata, secreta & ĩdicta tenebit. Teneatur scribere unum uolumen statutorum, quod penes ipsũ remaneant. Omnia uero statuta diligenter, uidisse & examinasse teneatur infra mensem postquam electus est: In omni actu legat statuta ad illum actum spectantia. Absente bidello ex aliqua causa eius uices suppleat. Bidello uero præsente: nihil de suo officio

ipse

ipse pertractet; ad bidellariæ uero officium nullo pacto eligi, aut deputari possit. Teneatur habere unum librum suo signo signatum in quo solum describat deliberationes, & electiones in uniuersitate factas, & omnes actus ad ipsam uniuersitatẽ pertinẽtes. Habeat præterea alium librum actorum personarum priuatarũ, hoc est litigantium coram rectore, uel consiliarijs. Nec unum cũ alio confundat, habere etiam teneatur de per se vnum uolumen scholarium matriculatorum: quod concordet cum alio, quod remaneat penes massarium. In utroque autem ipse tantum scribere teneatur nomina scholarium sicut supra dictum est in statuto de matricula scholarium. Item literas omnes quas quacunque ex causa, siue sint literæ credulitatis: siue alterius generis ipsa vniuersitas ad Illustriss. D. & alios dirigit in vno libro ad hoc speciali registret: antequam sigillentur, Nullas autem sigillare possit, nisi eas uidendas, & legendas Rectori, & consiliarijs ostenderit. In eodemq́; libro scribat omnia priuilegia vniuersitatis. Item gratis faciat uniuersitati instrumenta contractuum: quos ipsa uniuersitas cum aliquo habere cõtigerit eius uero officium personaliter: & non per aliquem substitutum exerceat. In omnibus inuitationibus: disputationibus examinibus festiuitatibus quibuscunq; publicis actibus scholarium, & doctorum intersit cum bidello. Declarantes, ꝙ sine speciali licentia rectoris non possit ex urbe discedere. Omnibus autem diebus festis rectorem adire, & sociare teneatur sub pęna sol. xx. pro qualibet vice. Omnes uero libros suorum actorum cum uel compleri sunt: uel postquam officium notariæ compleuerit assignare rectori, & consiliarijs teneatur in capsa uniuersitatis reponantur. Si uero post mortem eius officiũ finiat. Liceat Rectori propria auctoritate mandare, ut per eos ad quorum hæreditas eius manus aduenit, dicta acta exhibeantur. Finiens uero eius officium si uoluerit actus suos penes se habere copiam omnium infra 40. dies de uerbo ad uerbum ipsi rectori & consiliarijs assignare teneatur sub pœna lib. 50.

De salario, & emolumentis notarij. 56.

HAbeat pro suo salario annuatim ab uniuersitate li. l. quarũ medietas soluatur in medio sui anni, Alia medietas i fine

anni,& si non ex caret pecunia in vniuersitate possit. Rector cũ consiliiarijs talem solutionem differre quousq; uniuersitas com mode soluere possit. Habeat pro singulo examine, siue conuẽtu in artibus, vel medicina sol. 30. Item habeat pro singulo matricu lando siue ciue, siue forense sol. 4. Item pro baccalario creãdo, & priuilegio bachalariatus duc. 1. & similiter pro his qui obtinent medendi licentiam duc. 1. Pro bulleta vero personarum, librorũ vel aliarum rerum doctorum, siue scholarium sol. 2. venetos. Pro qualibet citatione sol. 1. De citatione autem facta eius actib. credatur, pro quolibet teste examinando sol. 5. pro notatione ca pitulorum, sol. 1. pro oppositionibus contra capitula sol. 1. Pro publicatione processus sol. 8. Pro publicatione, & prolatione sen tentiæ si fuerit vsq; ad lib. 5. habeat sol. x. Ab inde supra sol. xx. Pro quolibet sequestro sol. 4. pro quolibet instrumento usq; ad summã x. lib. habeat sol. 15. Ab inde supra vsq; ad summã 100. lib. sol. 25. & abinde supra cuiuscunq; fuerit quantitatis habeat sol. 50. & non ultra. Pro scriptura autem epistolæ testimonialis, uel alterius generis habeat sol. 8. Pro alijs vero instrumentis, Re ctor salaria moderetur. Omnes contractus inter scholares cele-bratos ipse stipulari, & scribere teneatur, & si alter notarius inter uenisset ipse nihilominus precium exigere possit, ac si scripsisset. Quod & de testamentis, & inuentarijs bonorum ipsorum scho larium intelligi uolumus.

De massario vniuersitatis. 57.

Vide li. 3. c. 13. QVoniam per quos bonorum nostræ vniuersitatis custodes atq; dispensatores pecuniam publicam conseruari diligen tissime oportebat, eosdem uniuersitati nostræ bonorum omniũ dissipatores, & consumptores, hactenus habere contigit. Ideo sta tuimus prædictis dissipatoribus obsistentes, quod quã primum quis electus est in bidellum ad massariatus officium elect⁹ intel-ligatur dummodo det idoneum fideiussorẽ ad minus pro quan titate quadringentarum li. Sitq; talis fideiussor paterfamilias ha bens bona stabilia: iuretq; se subiecturum iurisdictioni recto-ris, & vniuersitatis, si conueniendus, uel sententiandus, pro tali fideiussore foret. Ipso uero bidello prædictum fideiussorem nõ

præ-

præſtante, alter pro uniuerſitate eligatur, qui det eandem fideiuſſionem. Dummodo non ſit ſcholaris forenſis, aut doctor legẽs: quos neq; in maſſarios, neq; in fideiuſſores acceptari volumus. Per prædictum vero maſſarium exigantur omnes introitus, & pecuniæ quomodocunq; uniuerſitati ſpectantes: illiq́; & nõ rectori aut notario, aut cuipiam alteri a debitoribus vniuerſitatis omnis pecunia debita numeretur. Et ſi ad manus rectoris, vel notarij, uel alterius quippiam dictarum pecuniarum peruenerit. Infra biduum ſub pœna periurij, & lib. 50. maſſario aſſignetur. Per ipſum uero maſſarium quicquid receperit, & exegerit, infra 20. dies in capſam uniuerſitatis deputandam: præſente rectore, & notario, & vno conſiliario ad hoc electo reponere teneatur. Introitus uero ordinarij noſtræ uniuerſitatis ſunt duc. 25. exigẽdi ſingulis annis a doctoribus legentibus de portione ſuorũ ſalariorum tempore carnis priuij. Item lib. 4. perſoluendæ a quolibet examinando in artibus, vel medicinis. Itẽ ſol. 30. a quolibet ſcholare matriculando, ſiue ciue, ſiue forenſe. Item omnis pecunia, quæ ſuperfuiſſet de expenſis alicuius anathomiæ, & de feſtiuitate S. Thomæ, & de exigendis condemnationibus, ſeu pœnis quas aliquis incurriſſet.

Ad quid teneatur maſſarius ex officio. 58.

POſtquam acceptauerit, & fideiuſſorem idoneum non ſcholarem, neq; doctorem legentem dederit in ſupraſcripta cautione aſſignare ſibi faciat uolumen matriculæ noſtrorum ſcholariũ in membrana: quod penes ſe diligenter ſeruet, in eumq́; alium quam notarium noſtrum ſcribere non ſinat: neq; conſentiat aliquẽ inſcribi niſi receperit uniuerſitatis nomine ſol. 30. Habeat præterea alium librum: in quo ordinate, & diſtincte ſcribat omnes introitus, & pecunias uniuerſitatis, & ad ipſum peruenientes easq́; exigere teneatur: & notet omnes ſimiliter expenſas ſigillatim: & quo tempore eas facit nomine uniuerſitatis, & ex qua cã. Nihil autem pecuniarum exponere, aut rectori, uel alteri numerare aliquo pacto poſſit niſi ab uniuerſitate obtentum ſit: & per rectorem, & conſiliarios ſibi mandatum fuerit inſcriptis manu notarij, & ſigillatum ſigillo rectoris: & duorum conſiliariorum

qui non ſint de natione rectoris ſubſcriptum, in hac forma uidelicet. Mandato Magnifici D. Rectoris, & conſiliariorũ ſoluat maſſarius uniuerſitatis noſtræ pro tali cauſa, ſicut obtentum eſt in vniuerſitate. Si autem non habito tali mandato inſcriptis ſub hac forma quicquid dederit, aut ſoluerit illud non admittatur, neq; ad ſuam rationem poni poſſit, Teneatur autem ipſe maſſarius ter in anno rationes omnes datorum, & acceptorum dare, & examinandas uidelicet ſemel ſindicis rectorem antiquum ſindicantib. & ſemel de menſe Iulij ipſis conſiliarijs, & ſemel de menſe Ianuarij alijs conſiliarijs.

De capſa uniuerſitatis. 59.

QVoniam vt eſt Ouidij dictum: Non minor eſt uirtus quam querere parta tueri. Ideo optimum ſtatuimus ad diligentẽ eorum, quæ comparata ſunt cuſtodiam, ut uniuerſitas noſtra habeat capſam locandam in ſacriſtiam S. Antonij de Padua in qua reponantur volumen ſtatutorum noſtrorum originarium. Baculus uniuerſitatis noſtri notarij actus cum ſunt completi, aut cum officium notariæ in noſtra vniuerſitate plus non exercet. Itẽ omnia inſtrumenta, & priuilegia noſtræ vniuerſitatis. Item reponantur omnes pecuniæ, & introitus uniuerſitatis, quomodocũq; ad vniuerſitatem prouenientes. Habeat autem prædicta capſa tres ſeras diuerſas cum diuerſis clauibus. Quarum unũ teneat rector, alteram unus per conſiliarios deputatus. Tertiam vero ipſe maſſarius: ita ut nunquam aperiri poſſit niſi in præſentia ipſorũ triũ & per ipſum maſſarium in libro ſuo annotetur quicquid reponitur, & extrahitur, quod & ipſe notarius in alio ſpeciali libro facere teneatur: nullam autem pecuniam ex aliqua cauſa ipſe maſſarius cuipiam aſſignare poſſit, niſi ubi prius fuerit in dicta capſa repoſita, & abſtracta præſente rectore, uel alio per illum deputato, & ſeruata forma præcedentis ſtatuti.

De baculo, ſeu ſceptro uniuerſitatis. 60.

AD iuriſdictionem uniuerſitatis, & rectoris decet baculum, ſeu ſceptrum: quo in actibus publicis utatur: ſicut ergo nũc habet ſemper habeat uniuerſitas noſtra baculum, ſeu ſceptrũ argenteum: quod a bidello generali tanquã publico miniſtro uniuerſi-

uersitatis in omni actu publico ante rectorem præferatur. Illud autem actu functo in capsa prędicta reponatur. Nec ob aliquam causam, seu necessitatem quamuis vrgentem pignorari: concedi: obligari: vel aliquo pacto alienari possit minime, & si ex decreto consiliariorum, vel vniuersitatis ex aliqua causa obligatus, vel alienatus esset, illa obligatio, vel alienatio nullatenus teneat. Sed semper a quocunq; etiam uniuersitatis creditore penes ipsũ obligatus, vel alienatus esset repeti possit sine aliqua pecuniæ restitutione. Illudq; talis creditor omni exceptione remota restituere teneatur, & si in tali obligatione, & contractu interuenisset iuramẽtum uniuersitatis, vel alia solẽnitas: neq; de eius alienatione, uel obligatione a rectore, uel alio quicquam proponi possit sub pœna lib. 50. quarum medietas sit Illustriss. Dominij medietas uniuersitatis, & tamen quod de eius baculi obligatione, vel alienatione in vniuersitate obtentum esset: nullius sit momenti, aut executionis. Hoc uero statutum nullactenus dispensari possit, nec de eius dispensatione quicquam proponi sub pœna lib. 50. diuidẽda ut supra, & si dispensatũ esset dispensatio nullo mõ teneat.

De sigillo uniuersitatis. 61.

STatuimus, ut uniuersitas pro suo sigillo: quo instrumenta priuilegia, & litteræ quas in vniuersitate scribere contigit signẽtur sit imago D. nostri Iesu Christi gloriosa ex sepulchro resurgentis, sicuti pingitur cum uexillo crucis rubæ, sit maioris quantitatis quam ducatus figuræ rotundæ, circa quod ex litteris antiquis sint scripta hæc uerba. Sigillum uniuersitatis philosophorũ & medicorum studij Patauini, vel similis sententiæ. Ad nullius autem gratiam, aut litteræ: aut priuilegium signetur dicto sigillo nisi soluat uniuersitati duc. 1. uel quantum fuerit per rectorem taxatum. Caueat autem notarius sub pœna periurij, & 25. lib. ne vllum priuilegium, aut litteras nomine uniuersitatis, siue sint comendatitiæ, siue credulitatis, siue alterius generis prædicto sigillo signet: nisi prædictas literas in actu uniuersitatis de uerbo ad verbum registrauerit, & eas. D. Rectori, & consiliarijs legendas ostenderit. Quæcunq; autem litteræ, uel priuilegia emittẽtur nõ seruata forma præsentia statuti, aut non signate uniuersitatis prædicto

dicto sigillo:nullius sit momenti seu efficaciæ.

De pecunijs exigendis a Doctoribus tempore carnis priuii. 62.

Vide lib.4. rub. de ludis.

PEcunias hactenus exigi solitas ex salarijs doctorum tempore carnis priuij, Rector, & consiliarij sub pœna periurij. Et lib. 100. annuatim exigere teneatur. Sed tamen ne Doctores in tantũ grauētur. Volumus, ꝙ omnibus computatis, excedatur nullo mō summa duc 26. quæ pecunia de omnibus exigatur pro cuiuslibet conditione, & salarij quantitate pro rata, dummodo null° ordinarius Doctor vltra summam 3. duc. soluere cogantur. Et si doctores soluere recusauerint possint illis quæcunq; pignora auferri, & de suis bulletis salarij eorum exigi, easq; ipsi camerarij omni exceptione remota soluere, & numerare teneantur vniuersitati, dictæ autem pecuniæ ad vniuersitatis vsus seruentur: nec pro festis, seu choreis quicquam de illis exponi possit. Quoniã sicut hoc modo ab Illustriss. D. obtentum est, ita in perpetuum dictas choreas, & ludos muliebres tollendos, & inhibendos duximus, illamq; pecuniam ad meliores, & magis necessarios studij usus seruari iubemus: nec contra aliquid tractari, aut proponi a rectore, uel quopiam alio possit sub pœna lib. 50. & periurij, & quod aliter obtentum, vel declaratum esset nullius sit efficaciæ, uel executionis.

Quod pecunia uniuersitatis exponi non possit sine mandato uniuersitatis. 63.

AD nullam causam quippiam de uniuersitatis pecunia exponi per aliquem possit, nisi per maiorem partem uniuersitatis fuerit obtentum, possit tamen rector, & cõsiliarij mandare ipsi massario, ut nostro notario pro suo salario soluat, qđ ipse massarius si habet de pecunia vniuersitatis soluere teneatur, habito mandato inscriptis, & signato, ut supra dictum est, & nõ aliter rectori uero, uel alteri nuncio extra urbem expensis uniuersitatis, proficisci ob aliquam causam non liceat: nisi per maiorem partẽ vniuersitatis deliberatum fuerit: nisi alicuius negocij necessitas talis eueniret, ut nimia mora, uel publicatio periculum parere uideretur, utputa pro conducta alicuius doctoris ordinarij forensis, & famosi, uel alia simili causa, quæ videretur indigere celeri,

&

& tacita expeditione, quę tamen necessitas declaretur ante ad minus per tres partes verorum consiliariorum, quia tūc rectori, vel alteri nuncio, vt per tres partes verorum consiliariorum deliberatum fuerit liceat expensis uniuersitatis proficisci. caueat autē rector etiam quilibet alius sub pœna priuationis, & lib. 40. & infamiæ, mandata præteritæ, hoc est, ut nihil proponat aut petat, aut tentet præter id quod mandatum est sibi nomine vniuersitatis: neq; quicquam reticeat, aut intermittat de his, quæ sibi mandata fuerant. Quotienscunq; autem uel rector, uel alter nunci⁹ mittendus est. Consiliarij, & inscriptis manu notarij demādare sigillatim teneantur, quod ab ipso per tractandum est: nec aliter uel rector, vel nuncius non habita tali commissione discedere possit. Pro suis vero expensis, & naui si fuerit rector pro se, & famulis omnibus computatis habeat quotidie sol. 50. & si secum mitteretur alius socius, habeat lib. 3. Et si fuerint duo scholares taxentur sibi sol. 40. Si quis vero non seruata forma præsentis statuti ausu temerario, uel Illustriss. D. uel aliud officium adire, uel alio accedere præsumpserit non solum communem expensam amittat, & damnum vel interesse restituere vniuersitati teneatur, sed etiā pœnam infamiæ, & lib. 40. irremissibiliter, incurrat, & quod per ipsum tentatum, & obtentum fuerit, nullam penitus habeat executionem.

De Sindicis Rectoris. 63.

VT rectores nostri eorumq; officiales ea diligentia fide, & integritate, ad quam iureiurando astricti sunt, officiū exerceant, præsenti statuto admonemus, vt omnes meminerint suæ administrationis rationem esse reddendam. Statuimus igitur, vt rector statim post electionem sapientis, & consiliariorū eligi faciat scholares quatuor qui sindici nuncupentur, ad rectorē antiquum eiusq; officiales iudicandum. Quorum unus sit ultramontanus, seu vltramarinus electus per rectorem, & solos ultramontanos, seu ultramarinos. Tres uero reliqui sint citramontani, seu cisalpini electi per rectorem, & solos cisalpinos, seu citramontanos, habeant conditiones ad consiliaratum requisitas. Declarantes quod rector antiquus sindicandus in consiliariorū electione

uocem

nocem dare non possit. Solus autem rector cum sapiente, & consiliarijs facultatem habeant proponendi sindicos. Nullus autem citramōtanus ad sindicatus officium proponi possit, nisi a rectore, & consiliario citramontano. Vltramarinus uero, seu ultramōtanus a solo rectore, & consiliario ultramarino, seu ultramontano proponatur. Electi uero iurare teneantur rectori ad iustitiam in hoc sindicatu administrandā post habitis omnibus animi passionibus, eorum uera nomina ea die per scholas publicentur, & rector per bidellum proclamari faciat, quod tali hora, & tali loco cum sapiente, & sindicis sedeat audituros. Vt si quis de rectore antiquo, uel eius officialibus, vel massario uelit aliquam querelam porrigere, uel quemcunq; eorum de dolo de notabili negligentia, de inobseruantia alicuius statuti, de pœna aliqua non exacta, uel indebita aliqua excessione, extorsione, per quem quā ipsorum facta, ueniat ad ipsum rectorem. & sindicos iustitiā consecuturus. Teneatur autem rector cum prędictis sindicis. & sapiēte bis in die horis congruis de mane, & de sero sedere, & inf. 22. dies post electionem teneantur ipsum rectorem condemnando, uel obsoluendo expedisse, alias elapso dicto termino eorum officium expirasse, & rectorem absolutum esse intelligatur. Si autē contingat sindicandum rectorem ex sindicis electis quenquā allegare suspectum causam suspitionis coram rectore, & consiliarijs adducat easq; infra biduum probare teneatur, & si approbate fuerint a rectore, & consiliarijs, alter eius loco conuocata uniuersitate eligatur. Si uero non approbatæ fuerint sindicandus uniuersitati soluat li. x. & nihilominus ille sindicus cum reliquis collegijs officium exerceat. Hoc declarato, quod interim tēpus 22. dierum non currat, nisi postquam declaratum fuerit ipsos nō fuisse suspectos. Rector autē nequaquam suspectus allegari possit. Sindicetur autem de pœnis non exactis. De pecunijs vniuersitatis, quæ ad manus eius peruenerint. Si negligens fuerit in sindicando suum prædecessorem. Si prætermiserit aliqnam lecturā ballotari, Si fecerit aliquam extorsionem. Si præmium aliquod acceperit pro suis uocibus, vel aliqua sententia si nō exegerit pęnam a doctoribus qui non disputauerint. De inobseruantia alicuius

cuius

cuius ſtatuti. Requirant uolumẽ ſuorum ſtatutorum, uel inſtrumentorum, ſi ſit ex aliqua parte corroſum, vel maculatum ſuis expenſis refici procuret. Ipſi vero ſindici cum rectore non expectent opponentes. Sed circa prædicta inquirere ex ſuo officio, & procedere teneantur, ſub eadem forma in qua ſindicãdus fuiſſet condemnandus. Teneantur etiam inquirere ſi toto tempore ſui officij tenuerit expenſis ſuis, & poſt ſe duxerit cõtinuos duos famulos, & ſi non tenuerit, tantum ei uniuerſitati ſoluere compellant, quantum ueriſimiliter pro expenſis, & ſalario eius famuli quem non tenuit expoſuiſſent. Quicquid autem per ipſos declaratum obtentum, aut ſententiatum fuerit, plenam habeat executionem, nec ab eorum ſententia, aut appellari hic, aut alibi ad aliquem poſſit. Nec contra aliqua exceptio fieri. Procedant autem de plano ſummarie ſine iuriſdictione, & figura iudicij. Declarantes, quod nullam defenſionem ipſius antiqui rectoris, ſindicandi audire poſſit, niſi eis idoneos ſuos fideiuſſores qui fideiubeãt in ſolidum: & cum iuratoria cautione promittant ſindicorũ ſententiæ, ſine ulla exceptione, aut contradictione ſe ſatisfacturos: Adijcientes, ꝙ nullum opponentem contra rectorem ſindicandum audire poſſint niſi ſe ſubſcribat ad pœnam talionis, infra dictum terminum ſindicent maſſarium, & videant diligẽter omnes rationes introituum, & expenſarum, nullam admittant expẽſam, aut pecuniam per ipſum expoſitam ex aliqua cauſa niſi expoſita fuerit de mandato vniuerſitatis de quo extet bulletũ manu notarij noſtri ſcriptum, & ſubſignatum, vt ſupra continetur ĩ ſtatuto maſſarij. Videant librum, notarij collegij doctorũ ſi concordat cum libro maſſarij circa ſcholares examinatos, & ſimiliter libros matriculatum ſi ſint aliqua ex parte uiciati, aut in eis aliquis conſcriptus ſit, quod non ſoluerit. Ab eiſdem etiam ſindicis, poſtquam rectorem iudicauerint: notarius ſindicetur infra 8. dies. Vident diligenter omnes rationes eius, & ſcripturas, & ſẽtentias, & ſi receperit aliquid de pecunijs vniuerſitatis. An ſine expreſſo mandato conſiliariorum ad requiſitionem alicuius ſcripſerit, aut ſigillauerit ſigillo uniuerſitatis aliquas litteras, uideãt omnia ſtatuta ad officium eius ſpectantia, & ea quorum vigore

in

in aliquam pœnam incidere posset. Circa prædicta omnia hēant prædicti sindici plenissimam potestatem sindicandi, & condemnandi pœna pecuniaria, & alia quauis mulcta rectorem sindicandum: eiusq; officiales, sicut eis videbitur. Ab eorum quoq; sententia, omnis oppositio, & appellatio, ut dictum est repellatur. Declarantes quod si rector præsens sindicorum sententiam infra 6. dies contra sindicatum, aut eius fideiussores non execut⁹ fuerit. Ipse satisfacere sententiæ teneantur, & tempore sui sindicatus a suis sindicis exigi possit. Præsens autem statutum legatur p scholas, cum sindicorum nomina publicantur.

LIBER SECVNDVS.

De eligendis doctoribus. 1.



CVM plurima sint decreta, & instituta, quibus, Gymnasium nostrum semper floruit, nullum utilius, ac melius a maioribus nostris comparatum est, quã ut scholarium iudicio, & suffrastijs singuli doctores ad suas facultates potissimum eligantur. Nam & scholares ipsi qui assidue liberalium artium studijs incũbunt melius quam cæteri de eisdem facultatibus sentire, & iudicare possunt, & ad suam quisq; utilitatem, ac dignitatem maxime impellitur, & inducitur. Quare vt semper hoc studium excellentib. doctoribus floreat, & vt scholarium utilitati perpetuæ consulatur. Confirmari petimus, quod nullus cuiuscunq; conditionis existat, siue principalis, siue substitutus, aliquam de nostris lecturis legere, aut ex eis salarium petere in posterum possit, nisi secũdum formam statutorum per scholares fuerit ballotatus, & electus, petentes insuper reuocari omnes literas, & gratias quæ alicui doctori factæ fuissent ab Illustriss. D. in perpetuum, vel ad tẽpus contra præsens priuilegium, & statuta. Itaq; de cętero nõ obstantib. prædictis literis, aut gratijs, omni exceptione remota. Doctores omnes singulis annis per scholares nostros ballotẽtur & scholarium ballotationi subiaceant. Pro quorum omniũ executione

cutione teneatur rector infra 20. dies post assumptionem caputei singulis annis sub pœna periurij, & lib. 50. quarum medietas sit cameræ fiscalis Illustriss. D. medietas uniuersitatis. Conuocari teneatur facere vniuersitatem habito consensu ad hoc cõsiliariorum ad minus per dies 8. ante per scholas omnes quãdo doctores legunt pro nouo rotulo reformando hoc est pro eligẽdis doctoribus in anno sequẽti ordinarie, vel extraordinarie in nostris facultatibus publice lecturis, seu salariandis. Vt autẽ res quietius procedant, requirantur ipsi urbis Prætores, vt vel ambo, vel alter ipsorum intersit solum ob scandala euitanda: nec præter ipsos p̄tores alter officialis interesse possit. Congregata autem vniuersitate Rector omnes excludi faciat qui vocem dare non possunt. Si quis autem opponere alicui uellet non debenti dare vocẽ, audiatur a rectore sapiente, & cõsiliarijs: Omnisq; oppositio facta partito ad ballotas posito per solum rectorem sapientem, & consiliarios declaretur, & diffiniatur, nec aliter fieri possit.

De pœna eorum qui permutant, & paciscuntur voces. 2.

NE per sordes ulla dignitas officium, uel lectura ib nostra vniuersitate procuretur. Decernimus quod si quis doctor, vel alius quærens lecturam, vel officium in uniuersitate pro seipso, vel pro alio quomodocunq; promiserit suam, aut alterius vocem alicui vt ab ipso suam vocem, aut alterius habere possit: præter periurij reatum si constiterit ipsum quæsiuisse talem permutationem vocum, aut aliud pactum, seu conuentionem, interueniente aliqua promissione, fecerit, incurrat pœnam lib. 50. Quarum tertia pars sit Illustriss. Dom. tertia vniuersitatis: & tertia accusatoris, qui si voluerit secret⁹ teneatur, & si interuenerit pign⁹ illud amittat: cuius pignoris medietas sit accusantis, medietas vniuersitatis, & ad illud officium, seu lecturam quam querebat, proponi, aut eligi non possit: & si electus esset, quotienscunq; cõstiterit de tali uocum permutatione, seu pacto, uel conuentione facta, aut tentata: eius electio nulla, & cassa omnino habeatur, alterq; eius loco eligatur scholaris uero, uel alius qui de tali pmutatione vocum, seu conuentione fuerit requisitus ab aliquo, uel etiam si testis affuerit, nisi ante ballotationem D. rectori, & consilia-

ſiliarijs eum denunciauerit incurrat pœnam periurij,& lib. 25. & priuationis ab uniuerſitate per annum:ſi uero per eius denunciationem ueritas habeatur de tali permutatione, ſeu cõuocatione: non ſolum ſecretus teneatur, ſed etiam euitet omnem pœnã in quam,& ipſe incurriſſet ex tali permutatione,& pacto, & etiã habeat tertiam partem pœnæ in qua venit condemnandus ille q̃ ſecum conuenire uoluerit.Si uero in aliqua promiſſione, ſeu cõuentione pecunia interuenerit tunc promittens,ſeu numerans amittat illam pecuniam,& ad iſtud officium, ſeu lecturam quam quærebat proponi,& eligi non poſſit: ſi uero eligeretur,eius electio nulla ſit,& ſoluere teneatur lib. 50.vt ſupra diuidendas. Accipiens vero ſi denunciauerit rectori,& conſiliarijs eam pecuniã acceptam retineat,nec ab eo repeti poſſit,& habeat tertiam pęnã impoſitam danti pecuniam: ſi vero non manifeſtauerit, nõ ſolũ pecuniam acceptam,ſeu promiſſam amittat,quæ uniuerſitati applicetur, ſed etiam in perpetuum uoce ſua priuatus ſit, & omni vniuerſitatis commodo,& ſoluat lib.25.vniuerſitati applicãdas. Hoc uero ſtatutum legi iubemus per notarium in ſcholis, & vniuerſitate congregata,quæ conuocatur pro ballotatione lecturarũ & electione Rectoris,ſeu vicerectoris.

De his qui poſſunt dare vocem in ballotatione lecturarum. 3.

QVæcunq; ſcripta ſunt in ſtatuto ſuperioribus libri ſub rub. de his, qui poſſunt dare vocem in uniuerſitate hic repetita intelligantur.Addendo quod nullus in noſtris facultatibus dare vocem poſſit,niſi in eãdem intrauerit, quotidie & ſtuduerit per menſes 5.in hoc ſtudio ante ballotationem declarantes tamen, quod ſi ex aliquo caſu cum ſtuderet aliquem diſcedere oportuerit animo redeundi,& redierit,& intrauerit per 2.mẽſes ante ballotationem,ballotare poſsit. Si quis vero ſtuderet, & intraret in medicina,& philoſophia,non poſsit dare uocem niſi in philoſophia.Si vero ſtuderet in philoſophia,& logica: det ſolum in logica.Nulli autem ſcholari medicinæ,philoſophiæ aut logicæ noceat,quod intret in rhetorica: philoſophia morali,& mathematica,& alijs lectionibus,quæ diebus feſtis legũtur,quin poſsit dare uocem etiam in ſuperioribus dictis lecturis.Doctores vero ar

tium

tium nouiter doctorati:qui nondum ſtuduerint per 5.menſes in medicina non dent vocem in medicina:ſed in philoſophia. Similiter ſi quis ſtuderet,& audiret priuatim in logica.Licet publice intraret in philoſophia,non det vocem niſi in logica.In fraudem.n.illum publice audire ſolum, vt vocem dare poſſit in maiori facultate iudicandum eſt cum tamen in minori facultate ſtudia ſua non abſoluerit.In rhetorica vero omnes ſcholares ballotare poſſint,qui intrauerint per menſes 5. proxime ante ballotationem in hoc ſtudio in lectionibus ordinarijs,quæ quotidie leguntur:Rector cum ſapiente, & conſiliarijs in omnibus ſuffragari poſſit.

Quo ordine lecturæ ballotentur. 4.

VT ballotationes noſtrarum lecturarum non confundãtur: Sed ordinate procedant,ſtatuimus quod omnium noſtrarum lecturarum ſingulis annis ballotatio de per ſe, & ſigillatim fiat.Itaq; nullo modo duo doctores,vel plures; ſiue ſint concurrentes,ſiue non,poſſint ſimiliter,& ſemel vnica ballotatione ballotari:& ſi aliter fieret,illa ballotatio nullius ſit roboris, aut momenti.Incipiatur autem primo a lecturis medicinæ ſuperioribus. poſtea philoſophiæ deinde logicæ: poſtea rhetoricæ uidelicet a theorica primo medicinæ:poſtea ordinaria practice, tertio extraordinaria theorice:quarto extraordinaria practicæ: Quinto ciruгia: poſtea lectura vniuerſitatis videlicet lectura tertij Auicennę quæ omnes ballotentur per ſolos ſcholares medicinæ. Deinde metaphiſica:poſtea philoſophia moralis:poſtea aſtrologia, quæ ballotentur per ſcholares medicinæ,& philoſophiæ.Poſtea ordinaria philoſophiæ:poſtea extraordinaria, quæ per ſolos ſcholares philoſophiæ ballotentur.Vltima rhetorica,quæ per totũ corpus vniuerſitatis ballotetur. Declarantes,quod rector, ſapiens,& conſiliarij in omnibus prædictis lecturis tam artium,quam medicinæ ballotare debeant.

Vide lib.4. rubr. de die

Quales debeant eligi doctores ad ſingulas lecturas. 5.

AD nullam de noſtris lecturis quiſpiã proponatur:ſiue principalis ſiue ſubſtitutus: niſi ſit noſtris,facultatibus, & vniuerſitati omnino deditus: item quod non tranſtulerit ſe ad alias

Vide lib.4. rub. ſeq.

facultates,& nisi habuerit publicam, & priuatam in facultate in qua lecturus est, Doctoratus licentiam: Præterquam in rhetorica & poesi,& lectura uniuersitatis. In quibus non requiritur talis gradus. Ad lecturam ordinariam theoricæ nullus proponatur nisi in isto, vel in alio studio eandem sedem tenuerit, vel saltē in studio generali ad minus per 3.ann. aliquam de extraordinarijs medicinæ cum publico salario legerit. Similiter ad ordinariam practicæ medicinæ nullus admittatur, nisi eandem ordinariam, vel saltem extraordinariam aliquam medicinæ ad minus per triennium in studio generali legerit. In alijs vero lecturis extraordinarie medicinæ,& philosophiæ,& astrologiæ,& mathematicæ indifferenter proponi possint: dummodo in prædictis facultatibus priuatam,& publicam habuerit,& si non habent, ad minus antequam incipiant legere suscipere teneantur alias priuati sint ipso iure,& loco eorum alij habiles eligantur. Ad lecturam cyrugiæ nullus proponi possit, nisi iurauerit se in cyrugia practicasse ad minus per 4.ann.& si duo habiles haberi non possint pro dicta lectura propter salarij paucitatem unus tantum eligatur habilis, qui legat sine concurrente: & capiat totum salarium, quod in illa lectura duo capere consueuerũt. At lecturam verò vniuersitatis, Videlicet: Tertij Auicennæ duo eligantur in concurrentia lecturi quibus æqualiter eius lecturæ salarium detur. Nullus autem in ea proponatur, aut admittatur: nisi sit scholaris forensis: & matriculatus: qui studuerit ad minus in hoc studio in medicina per 2. ann. cum dimidio: & hic vel alibi in artibus tempore debito studuerit, neq; ultra annum eam lecturam quis legere possit. Ad lecturam vero logicæ nullus proponi possit, nisi se obliget ꝑprio iuramento, cum idonea fideiussione, se ad minus per bienniũ in dicta facultate lecturum si placuerit vniuersitati. Nec postquam electus est, infra biennium ad aliquam aliam lecturam proponi aut eligi possit. Ad lecturam uero philosophiæ moralis proponatur, aut deputetur, aliquis ex doctoribus ordinarijs theoricæ medicinæ, vel philosophiæ ordinariæ: sicut eius lecturæ dignitas requirit. Declarantes tamen quod primo sequēti rotulo. Videlicet præsentis anni 1465. vnus ex doctoribus artium, vel scholaris artium,

tium,& medicinæ iuxta consuetudinem obseruatam, hucusque eligi possit: eo autem tempore translacto, præsens statutum ad litteram obseruetur in omnibus. Ad lecturas artium prædictas possint proponi sacerdotes, & fratres claustrales. Dummodo sint artium, & theologiæ magistri, vel Baccalarij si electi iurent nostro rectori, & se subijcient vniuersitati nostræ, sicut alij doctores: & si bidellum nostrum in sui collegij theologorum bidellum acceptauerint. Ad lecturam uero rhetoricæ, ne deinceps adolescẽtes, aut pedagogi, qui nullum suæ doctrinę, & eruditionis experimẽtum fecerunt, cum dedecore detrimento scholarium, & ciuitatis eam lecturam, quæ dignissima est quærendo inficiant. Declaramus, quod nullus proponi, aut eligi possit: nisi per biennium ad minus in studio generali, uel saltem in aliqua præclara, & celebri ciuitate, cum publico salario eam lecturam rhetoricæ deputatus publice legerit. Quo in numero non intelligantur qui ad regendas scholas, & pueros docendos alicubi conducuntur. Ad lectionem uero litterarum græcarum semper deputetur aliquis literis græcis eruditus, eiq; illius lectioni salarium assignetur. In omnibus autem prædictis lecturis ad minus duo concurrentes cum salario lecturi deputentur, præter quam in metaphisica: philosophia morali: astrologia, & rhetorica: In quibus singulis vn⁹ sufficiat: & si videbitur scholaribus, vnus in cyrugia sufficiat. Declarãtes, ꝙ in lecturis ordinarijs, medicinæ, & philosophiæ ordinarię ad minus sit vnus forensis: in alijs vero indifferenter possint esse tam ciues, quam forenses.

De modo, & forma proponendi, & ballotandi doctores. 6.

ANtequam ad ballotationem aliquam procedatur: Cũ, fuerit ad hoc vniuersitas conuocata. Rector exclusis omnibus qui uocem dare non possunt præstari faciat unicuiq; iuramentũ ꝙ posthabitis precibus, precio, timore: odio: & amore: omnibusque alijs passionibus proponet, & eliget de omnibus propositis sufficientiores, & quos putet acceptaturos, & continuaturos ꝑ totum annum in hoc studio, & reprobabit insufficiẽtiores, & min⁹ idoneos. Quilibet autem post rectorem sapientem, & cõsiliarios vnum proponere possit in facultate in qua ballotare possit. Ad se *Vide li. 3. c. 16.*

des vero ordinarias Theoricæ,& practicę medicinæ, & philoso phię naturalis,& rhetoricę nullus proponi possit nisi postquam actu legentes lecturas ipsas primo ballotati fuerit, quorum quilibet; si a maiori parte scholarium in suis lecturis approbatus fuerit, nullus alter ad eorum concurrentiam ad lecturam ipsam proponi, aut eligi posfit: Sed ipse pro electo habeatur. Si aũt reprobatus fuerit: tunc in eius concurrentiam alij proponi,& ballotari posfint,& de omnibus propositis, ille vel illi obtineãt, in quẽ, uel quos plurium suffragia consenserint. Verum quæ in præsenti, ex superioribus statutis de doctoribus ballotandis dicta sunt: quibus caueatur omnes doctores ballotationi scholarium subiacere, ex speciali priuilegio circa personam clarissimorum: uirorũ Gaietani de Thienis: Sigismundi de Polcastris, & Mattheoli Perusini, suspensam esse uolumus, ita ut si nolint ad ballotationem non cogantur, meritis eorum hoc ipsum,& longe ampliora exigentibus. Quippe qui singulari eorum doctrina , & diuturna lectionum suarum perseuerantia uniuersum orbem nostrum , & totam hanc ciuitatem illustrarunt. Cæteros uero qui eis ipsis successuri ballotationibus scholarium subiectos esse uolumus, ĩ omnibus autem lecturis exceptis prædictis ordinarijs , & rhetorica sicut supra dictum est quilibet habilis proponi,& ballotari possit in concurrentia actu legentium . Eorum uero nomina qui de nouo proponuntur incædulis per notarium scribantur, quæ ĩ bireto, uel in alio simili receptaculo permisceantur, & per rectorẽ sorte extrahantur, & eo ordine ballotentur quem sors dederit , declarantes quod si quis de propositis ad aliquam lecturam nõ intendat, cedere teneatur antequam eius nomẽ sorte extrahatur, si uero extractus fuerit etiam inuitus ballotetur. Statuentes, ꝙ illi qui actu sint in lectura primo sine ulla sorte secundum ordinẽ statuti loquentis, De ordine lecturarum ballotentur.

De fideiussione danda per doctores ballotandos, & de termino electis dando ad respondendum de renunciatione, aut acceptatione. 7.

SI quis pro futuro anno ex doctoribus actu legentibus cõduci & legere intendat in hoc studio teneatur idoneam fideiussionem. D. Rectori, & consiliarijs nomine vniuersitatis dare per triduum

duum ante diem rotuli, q̃ se obligat Illustriss. D. & vniuersitati per totum annum futurum lecturum, & continuaturum in hoc studio,& si renunciauerit vel discesserit ante complementũ anni pro quo concedendus est,teneatur ad omne damnum,& interesse.Ita ut alter suis expensis conduci possit, & vniuersitati soluat duc.25.Si uero legere nolit,renuere lecturam teneatur.D.rectori,& cõsiliarijs ante diem rotuli saltem per 3.dies aliter acceptasse teneatur,& post ballotationem si elegerit:Confirmatus habeatur,nec vlla eius renunciatio acceptari possit.Quod si discederet ex hoc studio,uel legere neglexerit.Contra illum uti dictum est de omni damno & interesse agi possit.Si quis vero alius cõducatur postquam de eius conducta factus est certior infra 8. dies remotis quibuscunq; ambagibus respondere teneatur, vtrũ lecturam acceptet,& an velit se obligare Illustriss.D.&vniuersitati ad legendum,& cõtinuandum pro anno , pro quo cõductus fuerit. Prædictus autem terminus illi pro responsione prorogari possit, attenta locorum distantia,& temporum cõditione, & si acceptauerit illi per D.Potestatem,& Capitaneum salarium taxetur. Si vero infra terminum sibi datum non responderit absolute,negatiue,vel affirmatiue, omni suo iure quod ĩ ea lectura acquisiuisset ex tali conducta priuatus sit,& alter eligatur. Si vero concors remanserit,promiseritq; per litteras,aut nuncium se acceptaturũ & venturum,& postea non ueniat:fidi fragus, & falsarius p omnes scholas denuncietur, & in actis nostræ uniuersitatis ad perpetuam memoriam pro infami, & si difrago descriptus reseruetur,nec in posterum ad aliquem honorem, uel lecturã proponi possit,aut eligi.Etsi eligeretur:electio nulla sit.Si quis vero existẽs Paduæ, aut in Paduano districtu ad aliquam lecturam de nouo proponatur:proponens obligatus sit uniuersitati in duc. 25. q͞d propositus per eum si electus fuerit,acceptabit, & continuabit p totum illum annum illam lecturam.Quod si electus nõ fecerit: in eandem incidat pœnam 25.duc.sicut,& proponẽs. Prædictarum vero pecuniarum tertia pars sit Illustriss. D. tertia rectoris: tertia vniuersitatis, Addentes q̃ ultra prædictas pœnas pecuniarias si infra annum aliquis tenuerit lecturam aliquã etiam ex cã

legitima,& necessaria: infra triennium ad honorem, seu lecturã aliquam proponi,& eligi non possit. Et si eligeretur, eius electio nulla sit, & si fuerit scholaris in nullo actu infra biennium uocẽ dare possit. Hoc vero statutum legatur per omnes scholas, per notarium in die qua vniuersitas conuocatur pro nouo rotulo conficiendo.

De paritate vocum. 8.

SI in aliqua ballotatione lecturæ cuiusdam vocũ paritas accidat cum doctore actu legente, illam lecturam doctor actu legens obtineat. Si vero inter aliquos de nouo propositos, nõ actu legentes par numerus inueniatur: tunc illi iterum ballotẽtur. Et si secũdo pares in vocibus essent; tunc ille obtineat cui rector gratificabitur. Si vero eadem paritas eueniat inter aliquẽ de vniuersitate nostra,& fratrem alicuius ordinis, tunc doctor, vel scholaris vniuersitatis præferatur.

De pœna eorum qui legere tentauerunt in hoc studio cum electi non sint ab vniuersitate. 9.

QVicunq; non intrat per hostium fur est & latro, similiter q̃ ad lecturas præter vniuersitatis cõsensum: magis ex aliquorum gratiam, quam sua doctrina se intrudunt: minus idonei, & inutiles iudicandi sunt. Quibus pro communi utilitate obuiare cupientes. Statuimus quod rector,& consiliarij, & quibet scholaris omni uigilantia, & studio inuestigare teneantur quibusuis modis ne cuiusq; doctoris ingenio, & astutia vniuersitatis priuilegia,& libertates ledantur, aut quouis modo opprimãtur,& maxime priuilegia, seu statuta de doctoribus eligendis tractãtia, declarantes ex nunc, q̀ si quis doctor, vel principalis, vel substitutus aliquam lecturam in aliqua de nostris facultatibus sine expresso consensu,& electione uniuersitatis,& præter eam formam, quæ in superioribus statutis præsentis libri decreta est, in hoc studio legere tentauerit,& consenserit, incurrat periurij pœnã, & ẽt priuatus omni honore,& emolumento vniuersitatis sit, & pro infami, ac periuro publicetur per omnes scholas: nec eius lectionib. aut disputationibus sub pœna periurij,& lib. 25.& perpetuę priuationis aliquis scholaris interesse possit: nec talis doctor si de

colle-

collegio fuerit, examinibus ſcholarium intereſſe, aut in promotorem accipi poſſit, ad dentes quod infra decennium ab aliquo ad lecturam aliquam nominari non poſſit etiam ſi electus eſſet, electio nulla habeatur. Si vero rector, vel ſcholariũ aliquis huic ſtatuto contradicere directe, uel indirecte, uel tali doctori ſic legẽti conſentire præſumpſerit tanquam membrum a ſuo corpore diſſentiens, & in utile abſcindatur, periurusq; publicetur, nec ad examen, aut honorem in perpetuum admitti poſſit. Hoc vero ſtatutum diſpenſari non poſſit, aut aliquo modo aliqua gratia contra ipſum alicui concedi.

Quod electi non doctores teneantur hic doctorari. 10.

EQuum eſt, vt ab his merita expetẽtur, in quos beneficio collata ſunt. Hinc ſtatuimus, quod ſi contingeret aliquem non doctorem eligi ad aliquam de noſtris lecturis ſalariatis, alibi quã in noſtro collegio celeberrimo Paduæ examinari, & conuẽtuari non poſſit. Si vero ſolum licentiatus fuerit: teneatur hic doctoratus inſignia ſuſcipere, & hoc ante initium ſuarũ lectionũ. Si uero allegaret legitimam, & neceſſariam cãm approbãdam per rectorem, & conſiliarios, ex qua hic huiuſmodi gradum aſſumere nõ poſſit, teneatur omnino ſoluere pecuniam ſpectãtem rectori uniuerſitati, & officialibus vniuerſitatis, ſicuti ſi hic in collegio examini ſe ſubijceret, & inſignia doctoratus ſuſciperet: nec illi quicquid de huiuſmodi pecunijs remitti, aut gratia fieri poſſit.

Quomodo pœna pecuniaria ex renunciationem alicuius lecturæ euitari poſſit. 11.

POena pecuniaria in qua aliquis ex renunciatione alicuius lecturæ ad quam deputatus eſſet poſtquam acceptauerit infra annum, nihil remitti, aut de ea remittenda aliqua gratia fieri poſſit, nec de prædicta pœna relaxanda quicquam proponi, aut tractari poſſit, niſi talis remuens allegauerit cauſam neceſſariam approbandam primo per rectorem, & tres partes verorum conſiliariorum, ut propter mortem patris, aut ſimilem cauſam, quę ſi approbata fuerit, vt dictum eſt proponatur in uniuerſitate, & ſi verum per tres partes vniuerſitatis admiſſa fuerit, pœnam pecuniariam euitet, & non aliam. Nec aliter quicquam proponi, aut

tractari possit. Et si quid præter hanc formam obtentum fuerit, nullius sit momenti.

De rotuli confirmatione. 12.

INfra triduum post reformationem rotuli teneatur, rector habito consensu consiliariorum omnes doctores per uniuersitatem electos manu notarij scriptos, dominis præsidibus urbis p̄sentare, & ab eis requirere, vt cum suis literis ipsos Venetias mittant confirmandos ab Illustriss. D. teneanturq; rector, & consiliarij Illustriss. D. scribere, ut doctores ballotatos quemadmodum per vniuersitatem electi sunt, & manu nostri notarij scripti cōfirmare dignetur. Talesq; literas consiliarij debet. D. Potestati, cum suis alligandas, & mittendas. Declarantes, ꝙ pro rotuli cōfirmatione, neq; rector, neq; scholaris uadat venetias nisi forte aliquis doctor forensis ordinarius conductus esset, pro cuius salario taxando, ex alia causa necessaria per tres partes verorum cōsiliariorum deliberatum esset rectorem, uel alium ire debere. Adijcientes, quod omnes impensæ pro rotuli confirmatione fiant expēsis doctorum, & qullibet soluat pro rata sua secundum quantitatē salarij, quæ pecunia si aliter a doctoribus non persoluatur exigatur ab eorum bulletis in camera dominij: neq; liceat rectori, aut consiliarijs, aut alteri cuicunq; uniuersitatem in tali pecunia grauare. Instet autem rector omni vigilantia, & studio, ut ante 20. diem men. Iunij rotulus sit omnino confirmatus, & huc remissꝰ ita vt ante 30. diem dicti men. Iul. eum rotulum per notariū publicari, & per apothecas, publice exponi fecerit. Vt oēs eo tēpore scire possint, qui doctores in hoc studio lecturi sunt. Sub pœna rectori lib. 20. & sapienti, & cuilibet consiliario. x. quarū medietas sit cameræ fiscalis, & medietas uniuersitatis.

De inchoatione studij. 13.

INdiuiduæ Trinitatis auxilium nobis adsit, ut studiū nostrum fœlicioribus semper auspicij procedat. Pro cuius initio statuimus die 18. Octob. uidelicet in die D. Lucæ Euangelistæ, uel saltem die immediate sequenti generale principium studij rector fieri faciat in ecclesia cathedrali, paratis subselijs, & conuocatis omnibus doctoribus, & scholaribus. Inuitatisq; D. Episcopo, &

Magni

Magni D. Prætoribus, spectabilibusq; ciuibus ad utilia ciuitatis deputatis. Reliquisq; viris dignis, procuret ꝙ aliquis doctor, vel alter grauis, & dignus eruditione, & auctoritate pollens loco generalis principij habeat orationem luculentam, & commodam: a qua disciplinas nostra egregie commedet: ad easq; capescendas scholares adhortetur. Ad eamq; orationem, seu principium non solum doctores legentes sub pœna periurij, & lib. x. sed etiã oẽs doctores collegij interesse teneantur. Obligatusq; sit ipse prior collegij per eius notarium omnes doctores ad talem actum conuocare. Sequenti vero die si feriata nòn sit, aut tertia post oẽs doctores legere incipiant horis deputatis, continuareq; teneantur usq; ad festum Assump. B. Virginis. videlicet vsq; ad xv. diẽ Augusti, quem terminum nullus coarctare possit. Super aũt prorogatione principij studij, aut super vacationibus in fine accelerandis. Rector, & cõsiliarij nullam habeant omnino potestatẽ: neq; ad petitionem doctoris, vel alterius possint super hãc vniuersitatem conuucare, nisi necessitas temporis pestiferi aliter cogeret. Deinde rotulus legatur per notarium publicenturq; omnes doctores: & quid, & qua hora lecturi sint. Deinde faciat rector sub pœna periurij demandari omnibus doctoribus, & scholarib⁹, ut cum rectore remaneat in ecclesia. Ibiq; omnes audiant missam S. Spiritus cum commemoratione gloriosę Virginis. Cui⁹ gratia omnium mentes illustrentur ad scientiam capescendam.

De iuramento doctorum. 14.

ORatione studij habita immediate omnes doctores ad legẽdum deputati, in facultatibus nostris iurare singuli teneantur rectori, & successoribus eius, quod obedient ei in licitis, & honestis, & quod seruabunt omnia statuta nostræ uniuersitatis, & quod diebus ad legendum deputatis non discedent sine rectoris expresso consensu: Item iurabunt quod nunquam per se, neque per alium vllo pacto, vel ingenio se intromittent, aut impedent de practicis, & rogaminibus in rectoratus, vel alterius officij lecturæq; electione procurando, pro aliquo, aut contra aliquẽ: nec contra aliquam deliberationem contra vniuersitatem factam, & quod nunquam aliquid tentabunt: aut quærent contra corda, &

scho-

ſcholaſticas libertates,ſeu priuilegia.Item quod pro virib. remouere curabunt omnes lites,& cõtrouerſias inter ſcholares ortas. Si quis vero ex noſtris doctoribus ea die non adſit. Rector tale iuramentum illi deferat infra biduum poſtquam legere cęperit. Statuentes quod neq; rector,nec conſiliarij:nec aliquis alter vllam habeant poteſtatem tale iuramentum remittendi alicui Doctori,neq; de tali remiſſione per aliquem ulla petitio,aut ſupplicatio porrigi,ſeu gratia fieri poſſit.Pœna rectori lib.100. & cuilibet ſcholari 20.Quarũ vna pars ſit Illuſtriſſ. Dom.altera vniuerſitatis,tertia camerarij qui eam exegerit. Si quis vero doctor cuiuſcunq; fuerit conditionis in iuramento contumax fuerit a lectionibus ſuis ſuſpendatur,& pro tempore quo ſuſpenſus ẽ partem ſalarij ſpectantem ſibi amittat:quæ diuidatur,vt ſupra.Neq; aliquis ſcholaris poſſit ſub ipſo inf.2.ann. examinari ẽt ſi poſtea ad ſuam contumaciam purgandam rectori iurauerit. Hoc autẽ ſtatutum legatur in ſcholis, quando doctores legere incipiunt.

De horis deputatis ad legendum. 15.

Vide li.3.c.20. DOctores ordinarij theoricæ medicinæ, & logicæ lectiones incipere teneatur ſummo mane, finita pulſatione cãpanę, & legant ad minus per 2.horas ſub pœna 5.lib.pro qualibet uice,quæ non compleuerit dictas 2.horas.Poſt eorum exitũ immediate intrent extraordinarij practicæ,& legant ad minus per horam.Extraordinarij vero Theoricæ a principio ſtudij,vſq; ad feſtum Paſchæ Reſur.D.intrent hora 21. Poſt feſtum Paſchæ Reſur.legant a 19.vſq; ad 20. quibus exeuntibus intrent ordinarij practice de ſero,& legant per horam cum dimidia.Legentes cyrugiam intrent uel hora 19.vel 22.ſicut placuerit auditoribus & legant per horam.Extraordinarij vero philoſophiæ intrent hora qua intrant extraordinarij practicæ.Ordinarij vero philoſophię a principio ſtudij,vſq; ad feſtum Paſchæ Reſur. intrẽt hora 19. Poſt feſta Paſcalia intrent hora 21.& legant ultra horam. Legẽs metaphiſicam intret uel de mane poſt exitum ordinariorũ, uel hora 19.vt magis placuerit auditoribus,& legant per horã. Legens uero rhetoricã intret quando intrant ordinarij philoſophię vel eligat aliam horam commodiorem,& gratiorem:auditorib⁹

dum-

dummodo non occupet horas aliorum doctorum, & sic facere teneatur legens astrologiam. Deputati uero ad legendum diebus festis intrent hora, quæ magis placuerit auditoribus. Ob nullũ autem examen, seu cõuentum a lectionibus abstineatur, sed lectiones per horam anticipentur, quæ anticipatio per bidellũ per diẽ ante publicetur. Sic legentes in diebus festis si contingat aliquã disputationem fieri illo die de mane lectiones suas legere teneantur, ita ut nullam lectionem omittant. Quicunq; uero prædictorum doctorum aliquam lectionem intermiserit, aut horas deputatas non compleuerit de eius salario per camerarios retinendo tantum amittat, quantum singulo die pro rata capere debet.

Que teneantur legere doctores. 16.

ORdinarij Theorici primo anno legere teneantur to tũ primum canonis. Secundo anno librum aphorismorum Hippocratis, cum commento Galeni: quem si compleuerint ante finem anni, continuare debent librum pronosticorum Hippocratis. Tertio anno legant librum Microtegmi Galeni, cum expositione Trusiani, seu expositione Iacobi cum quæstionibus ad libitum audire uolentium, quem si compleuerint ante finẽ anni, continuent 4.phen primi canonis. Extraordinarij Theoricę similiter alternatim legant, vt quod ordinarij in præcedenti anno legerunt, ipsi in sequenti legant nisi fuerit concurrens eius, legere audeat ullo modo sub pœna periurij, & lib. 50. nec rectori, & cõsiliarijs hoc alicui concedere liceat. Si quis uero doctor aliquam lectionem ultra sibi deputatam legere uoluerit, nunquam legere possit materiam ab alio doctore inceptam, vel publicatam, uel ut supra alteri deputatam.

Vide lib. 4. super 16.

De non electis per uniuersitatem uolentibus aliquid extraordinarie legere. 17.

SI quis uero scholaris ad suam exercitationem: uel auditorum requisitionem aliquid legere uoluerit, obtenta licentia prius a rectore, nõ possit legere in artibus nisi studuerit ad minus per ann. 5. in artibus. Si legere uoluerit in medicina, studuerit in ea per 3. ann. Statuentes tamen ad remouendas zizanias, prout supra statutum est nullo modo legere possit aliquem librũ, seu ma

Vide lib. 4. super 2. lib.

teriam

teriam quem legunt doctores per uniuersitatem deputati: nec illis horis intrare possint, nec aliquid legere, quod aliquis iam legere incepit: nec contra prædicta rectori, & consiliarijs alicui quippiam concedere liceat.

Quod nullus possit legere aliquem librum nisi prius à rectore licentia impetrata. 18.

Vide li. 3. c. 17. ORdinamus, quod nulli penitus doctori, seu scholari librũ aliquem tractatum: capitulum seu quęstionẽ legere liceat: aut publicari facere, nisi impetrata licentia a rectore, siue sit principalis, seu substitutus. Item nec aliquam disputationẽ, seu repetitionem aut facere, aut publicari nisi licentiam, & diem a rectore obtinuerit, sub pœna periurij, & 25. lib. quarum medietas sit rectoris, medietas vniuersitatis: Bidellus vero, vel notari⁹ si principium aliquod, seu lectionem, seu disputationem, aut repetitionem nunciare per scholas, aut in apothecis per cedulas præsumpserit sine rectoris expresso mandato incurrat pro qualibet uice pœnam 10. lib.

Quod doctores omnes teneantur bis in anno publice disputare. 19.

Vide lib. 4. super 21. et 19. NOn solum ad ueritatis notitiam disputationes conferũt, sed ẽt ad exercitationem, & rerum quas discimus promptitudinem, & solertiam acquirendarum, & scholarium audaciam informandam maxime pertinent. Hic statuimus, quod quilibet doctor legens in artibus, seu in medicina ad minus bis in anno in facultate in qua legit publice disputare teneatur, uidelicet semel post principium, vsq; ad festum Paschæ Resur. D. & semel post dictum festum, usq; ad uacationes sub pœna periurij, & lib. 50. quarum tertia pars sit Illustriss. D. tertia rectoris, tertia vniuersitatis. Eadem pœna rectori non exigenti, & si aliquis doctor non habuerit scholarem sub ipso respondentem, & substinentẽ ipse solus disputare, & respondere teneatur. Tuncq; contra eum sol⁹ rector, & eius facultatis doctores arguere, & opponere possint. Si autem fuerit scholaris sub se respondens factis ad partes argumentis ad quæstionem per doctorem propositam, & dubio per conclusiones cum corolarijs a scholare, vt sibi melius videbitur declarato se offerat responsurum. D. rectori, & alijs scholarib. arguere

guere volentibus, quibus dilucide, & benigne respódere teneatur: nullus autem arguere possit, nisi impetrata licentia, & loco a rectore. In omni autem disputatione contra scholarem arguant 7. scholares matriculati quorum primus sit ex natione rectoris. Vltimus vero sit ciuis patauinus. Nulli autem arguere licet, nisi contra tres ex conclusionibus respondentis: Nec contra ei⁹ respósione nisi bis replicare possit. Qui vero in vno actu arguerit, in alio immediate sequenti arguere non possit, nisi ex personarũ defectu aliter rectori videretur. Dum vero scholaris arguit, vel respondens respondet, nullus doctor arguere, aut quempiam eorũ interpellare possit. Completis tamen argumentis vnius arguentis cum suis replicationibus, & responsione respondentis. Liceat in primis cathedranti, & alijs doctoribus ad maiorem declarationem super materia proposita aliquid dicere. Sed ita tamen vt actum arguentis, aut respondentem nullo modo perturbet, aut cófundet. Pertinacibus vero rector silentium, & pęná pro arbitrio eius imponat. Disputantes in medicina, & philosophia vltra dubium principale ponere, & publicare teneantur vnum ẽt dubiũ, seu impertinens in philosophia morali. Similiter disputantes in artibus aliquid etiam impertinens sophisticum vltra dubiũ principale proponat: nec vllam rector disputationem publicati sinat sub pœna li. 20. nisi etiam prædicta dubia, seu impertinentia fuerint publicanda. Disputetur autem semper in diebus quib. ordinarie non intratur, & disputatione duráte nullus doctor aliquid legere possit. Declarantes, ꝙ nullus scholaris in philosophia sub aliquo doctore in philosophia publice substinere, & respondere possit, nisi intrarit per ann. 4. & si voluerit in medicina disputare studuerit per ann. 2. cum dimidio ad minus. Quilibet aũt disputaturus, seu responsurus per x. dies ante licentiam a rectore impetrasse debeat, & dubia cum conclusionibus saltem per biduũ ante exponi, & publicari fecerit in apothecis, quælibet autẽ publica disputatio duret per 3. horas ad minus.

De collusionibus, & fraudibus euitandis, quæ in disputationibus fieri solent. 20. *Vide li. 3. c. 19.*

PRouidentes simulantium, & indoctorum fraudibus. Statuimus,

mus,q̄ rector nullam penitus disputationem publicari sinat nisi prius disputaturo,& responsuro ad minus in præsentia duorum consiliariorum,& notarij corporale præstiterit iuramentū,quod nullam conclusionem,seu fraudem fecit,nec faciet cū his qui cō tra dubia eius , vel contra conclusiones arguent uidelicet , quia neminem arguere debētium per se,vel aliam personam,directe, vel indirecte vllo ingenio curauit,aut curabit scire quid dicturi, aut circa quid instantiam sint facturi,& ante publicationem nemini eorum qui arguēt manifestauit,aut manifestabit fundamēta suorum dubiorum,aut conclusionum.Et similiter rector nulli locum ad arguendum concedat,nisi eidem in presentia notarij simile præstiterit iuramentum.Videlicet quod nullam cū disputaturo,seu responsuro collusionem fecerit , vel faciet : nec ullo modo,vel ingenio scire curabit sup quibus fundare decreuerit .

Quod doctor priuatus non possit restitui,nisi per vniuersitatem. 20.

STatuimus,q̄ si contingat aliquem doctorem legentē, vel nō legentem per vniuersitatem,uel rectorem,vel cōsiliarios, vel per statuta priuari,priuatio nō possit, nec debeat nisi per vniuersitatem nostram,& soluta prius pœna lib. x. vltra eam in quam incurrisset a quolibet relaxari, & restitutio aliter facta non ualeat aliquo modo.

De subrogatione, & absentatione doctorum ex aliqua causa. 22.

INtelligentes quantum detrimentum patiātur scholares ex intermissione lectionum,Statuimus,q̄ nullus ex nostris doctoribus ordinarijs,siue extraordinarijs,cuiuscunq; fuerit conditionis se ab vrbe ex aliqua causa absentare possit vltra triduum sine speciali mandato Illustriss.D. & expresso cōsensu ipsius rectoris cui aperire ante teneatur causam sui recessus,quæ si iusta, & necessaria.D.rectori uidebitur,possit illi per illos 3.dies tantū licentiam præstare.Teneaturq; aliquem idoneum doctorem pro conditione lecturæ,& sedis quam tenet sui loco subrogare.Si autem causa longiorem terminum requiret.Tunc consiliarijs conuocatis,quod de licentia duabus partibus consiliariorum uidebitur, habeat executionem,Dum tamen x.dierum non feriatorum terminum non excedant.Pro quibus tantum x.diebus possint illi licen-

centiam dare,& per illos x.dies alium doctorem idoneũ ſubrogare ſi alias lectiones legeret quem putauerint doctoribus ſatisfacturum.Si vero ipſe doctor ultra x. dies licentiam peteret, illa ſibi dari non poſſit niſi per vniuerſitatem, quæ ad hoc conuocetur,ſi conſenſerit,& rector,& duæ partes conſiliariorum, quib⁹ obſeruatis arbitrio vniuerſitatis diſponatur, & ſi uidebitur uniuerſitati dandam licentiam pro termino ſibi asſignato alium doctorem ſcholaribus gratum ſiue legat,ſiue non, ipſa uniuerſitas ſubrogare debeat.Et ſi poſtquam licentiam impetrarit,infra aliquem ex ſupradictis terminis non uenerit,aut ſe abſentauerit nõ ſeruata forma præſentis ſtatuti ipſo facto præter pœnã duc.200. ſibi impoſitam ex decreto Illuſtriſſ.conſilij rogatorum priuatus ſit ſua lectura,& alter ſuo loco per uniuerſitatem ſubſtituatur: nec per hoc abſolutus ſit a pœnis in quas incurriſſet uigore aliquorum ſtatutorum noſtrorum.Declarãtes, quod in nulla lectura aliquis ſubſtitui posſit,niſi ſit doctor eius facultatis ĩ qua ſubſtituitur.Si uero contingat(quod abſit)aliquem ex noſtris doctoribus decedere infra annum,aut non rediturum abire. Tunc per vniuerſitatem ſeruata forma ſtatutorum de doctoribus eligẽdis alter ſuo loco deputetur.Addentes expreſſe, quod ſi fuerit aliqs ex ordinarijs medicinæ, uel philoſophiæ cuius loco pro tẽpore alter famoſus, & ea ſede dignus commode haberi non poſſet ꝓ futuro anno unus forenſis,& famoſus conducatur,& interim aliquis exiſtens Paduæ etiam ſi ſit deputatus ad aliam lectionem pro complemento anni illius ſubſtitui posſit per uniuerſitatem, qui non principalis,ſed ſubſtitutus nominetur, nec in loco ordinarij eo tempore in rotulo ſcribatur,aut publicetur.Declarantes expreſſe,quod ad illam ſedem ſi fuerit forenſis deputandus,nullo modo ciuis ſubſtitui,aut ſubrogari posſit,& ſi uidebitur uniuerſitati partito prius de hoc ad ballotas poſito, posſit illa ſedes ordinaria pro inſtanti anno uacui dimitti,Donec alter famoſus, & ætate prouectus ſaltem haberi posſit pro anno ſequenti, qui tamen interim conducatur. Cauendum eſt tamen ſummopere ne ſedes principales,& ordinariæ ab aliquibus non famoſis, & minus dignis occupentur, hoc vero ſtatutum legi iubemus per

ſcholas,

ſcholas,& in uniuerſitate congregata,quotienſcunq; cõtingit ali qnem eſſe ſubſtituendum ex quacunq; cauſa ad aliquam lecturam,nec aliqua huius ſtatuti diſpenſatio fieri poſſit.

De diſputationibus circularibus,quæ fieri ſolent quotidie in apothecis. 23.

QVotidiana experientia docet quantum fructũ pariat exercitatio quantunq; ualeat ad ſcholarium audaciam informandam frequens diſputatio. Quare adhærenres antiquæ conſuetudini,quæ ſiue doctorum negligentia ſiue temporum culpa ꝓpe modum abſoluerit ſtatuimus.quod omnibus diebus quibus ordinarie legitur hora 23.poſt principium ſtudij, vſq; ad vacationes Paſchę Reſur.poſtquam ordinarij philoſophiæ exierint,omnes ſcholares noſtri ad circulos in apothecis conſuetis conuenire debeant,ibiq; intereſſe omnes doctores noſtri,tam medicinę, quam philoſophiæ ordinarij,& extraordinarij, & ſtare ad min⁹ per horam teneantur,ſub pœna periurij,& 20.ſol. pro qualibet vice,a quibus nullam penitus excuſationem adduci,nec a rectore acceptari poſſe decernimus, niſi in aduerſa ualitudine aliquis detentus ſit.Ita ut quemadmodum doctores ad legendum quotidie ſunt aſtricti. Ita de ſero omnibus diebus quibus legitur ad circulares,has diſputationes venire,& ſtare teneantur. Ibiq; ſcolares benigne,& quiete audiant, & dubia quæ adducunt dilucidare,& terminare ſine contumelijs,& iurgijs teneantur.Declarãtes,& expreſſe mandantes,quod quilibet doctor legens tam artium, quam medicinæ teneatur ad minus ſemel ĩ ſeptimana ſub pœna lib.x.a camerarijs de ſuo ſalario exigendarum ſuper lectionibus a ſe lectis aliquam concluſionem ab ipſo ſubſtinendam in dicto loco publicari facere per bidellum:eiq; prædictam concluſionem, ſeu concluſiones ſubſtinenti nullus arguere poſſit niſi rector,& doctores. Si quis autem ſcholaris ſuper aliquib⁹ lectionibus auditis concluſionem aliquam ſubſtinendam proponere vellet eam publicari faciat in mane, aut in die præcedẽti in ſcholis,vel in apothecis. Pro horum autem omnium executione: rector quolibet ueſperi adeſſe teneatur in circulis medicorum, & unum ſcholarem in circulis philoſophorum, & alium in circu-

lis

lis logicorum sui loco vicerectorem substituat: qui stare teneantur in dictis circulis,& notare doctores absentes,& procurare ꝙ res quiete,& ordinate procedat: illiusq; sic substituti sicut & rectoris mandatis,& doctores,& scholares acquiescere teneantur. Hoc autem statutum dispensari non possit.

Quod doctores medici teneantur scholares ægrotantes gratis visitare. 34.

EQuum est qui honoribus, & emolumentis afficiuntur: aliquam gratiam rependat. Hinc statuimus, ꝙ si contingat aliquem ex nostris scholaribus egrotare: ꝙ quilibet doctor in medicina legens si requisitus fuerit,sub pœna periurij,& lib.x.eum visitare gratis,& sine vlla mercede cum omni diligentia, & affectu teneatur:nisi(quod Deus auertat) talis scholaris esset pestilẽtia infectus,quoniam hoc casu a tali visitatione doctorem quemlibet non solum pro sua:sed pro communi salute exemptum decernimus.

Quod doctores omnes collegij teneantur interesse omnibus actibus nostris publicis. 25.

NOn solum doctores nostros legentes.Sed ẽt priorẽ collegij & eius omnes doctores teneri statuimus: vt adsint nõ solũ in generali studij principio, sed & in omnibus disputationibꝰ repetitionibus actibus nostris publicis cum sciuerint aliquem de p̃dictis actibus fieri,& inuitati fuerint.Si quis vero venire neglexerit si fuerit legens incurrat pœnam periurij,& sol.xx ꝓ qualibet vice.Si non fuerit legens,& sit de collegio, & nõ habuerit necessariam causam absentiæ suæ in primo examine,quod fieri cõtingit post illum actum a quo abfuit per aliquem nostrum scholarem absumi non possit in promotorem.In conuentibus vero, & examinibus non inuitati interesse teneantur ipsum nouiter examinatum sociare ab episcopatu,vsq; ad domum suæ habitationis.

De exequijs,& celebratione funeris. 26.

AD pietatis officium, & superstitum solatiũ honos mortuorũ,& sepulturæ celebratio maxime pertinet, Quare statuimus si contingat (quod Deus auertat) aliquem ex nostris doctoribus, vel scholaribus forensibus ex vita discedere, quod rector

F teneat-

teneatur sub pœna periurij,& li. 20.conuocare doctores omnes & scholares per bidellum ad honorandum funus illius defuncti possitq; illa hora a lectionibus abstineri. Tale cadauer aũt omnino intra ecclesiam sepeliatur. Si fuerit doctor ordinari⁹ cadauer afferatur per solos scholares quos ad hoc rector elegerit. Ante autem quam extremum spiritum emittat teneatur sapiens, seu sindicus vniuersitatis, vel vnus ex consiliarijs ad mandatum rectoris cum notario nostro,& bidello sub pœna per rectorem imponenda talem ægrotantem visitare eumq; hortari ad ecclesiasticã sacram suscipiendam,& vt velit testamentum facere, & aliquid de bonis suis vniuersitatis legare. Inquirantq; diligenter de omnibus rebus suis,& de libro eius ac bonis quibuscunq; per notarium nostrum fieri inuentarium volumus. Reseruenturq; omnia sub sigillo vsq; ad euentum suorum attinentium fiatq; ex illis bonis impensa necessaria sepulturæ. Quod si nihil hẽat sepeliatur impensa ipsius vniuersitatis. Si vero ab intestato decederet,& neminem haberet attinentem ad quem eius bona hæreditario iure & legitime peruentura essent. Vniuersitati nostræ applicẽtur, nec ab alio, quam ab vniuersitate nostra possideri possint. Si quis vero post eius mortem asseret se creditorem eius ex aliqua causa. Cognitio,& iudicium ad solum rectorem, & consiliarios pertineat ac si viuus esset.

De suspensione studii. 27.

Accidit plerunq;, vel temporum culpa, vel alia necessitate, vt scholares in studio inutiliter,& cum periculo maneant, ideo statuimus studium suspẽdi posse propter aliquam causam necessariam hac forma seruata,& non aliter. Videlicet quod de eius suspensione ad minus per duas partes verorum cõsiliariorũ & rectorem fuerit obtentum. Nec id tunc in vniuersitate proponatur, nisi denuo consiliarijs conuocatis per ipsos alij 12. scholares diuersarum nationum, & rectorem quatuor alij de vniuersitate qui fuissent habiles ad cõsiliariatum fuerint delecti. Est istis demum ac consiliarijs conuenientibus. Si secundo per duas partes & consiliariorum, & ipsorum scholarium ad hoc delectorũ de studio suspendendo fuerit firmatum. Tunc vniuersitas conuocetur,

cetur,& quod uniuersitati placuerit partito ad ballotas posito valeat. Statuentes,quod omnes doctores durante tali interdicto sicut ante obediant rectori: nec aliquis ipsorum sub pœna priuationis a lectura sua,& omni uniuersitatis commodo legere, aut publice disputare audeat.

De anothomia singulis annis fienda. 28.

ADhærentes non solum antiquis statutis nostri,sed vniuersitati omnium italicarum laudatissime consuetudini nõ mõ ad nostrorum scholarium vtilitatem, sed etiam totius humani generis salutem,statuimus quod post principium studij, & ante finem Febr.quilibet rector sub pœna periurij,& lib. 50.& quilibet consiliarius sub pœna li. 20.efficaciter procurare teneatur,ut habeatur aliquod cadauer cuiuspiam delinquenti de quo ab ipsis prætoribus supplicium sumptum est. Videlicet vnius maris,& vnius fœminæ,uel saltem vnius ipsorum. Vt autem cõi utilitati consulatur coufirmari petimus,specialiter, & de gratia speciali, quod vigore præsentis statuti teneãtur ipsi prætores nisi tales delinquentes fuerint de territorio Patauino, aut ciuis Venetus sub pœna lib. 1000.tale cadauer.D.rectori,& scholaribus ad eorũ requisitionem assignari facere.Et si infra prædictũ tempus aliquis delinquens non occurrat.Si Citadellæ, aut alio quouis loco territorij accidat de aliquo supplicium capitis esse sumendum, Teneantur prætores dictorum locorũ non obstante decreto aliquo aut consuetudine, vel alijs quibuscunq; ordinibus sub pœna p̃dicta tale cadauer pro prædicta causa,vt supra rectoribus,& scholaribus assignare. Vt autem res ordinate,& cum omnimoda vtilitate procedat:rector cum sapiente,& consiliarijs cum talis anotomia facienda est,eligant duos scholares idoneos, qui ad min⁹:in hoc studio per biẽnium in medicina studuerint, & si haberi possint qui uiderint alias anothomias vocenturq; massarij anothomiæ.Eorum sit officium de loco de instrumentis,& de omnibus necessarijs prouidere, & taxare quantum quisq; volens uidere soluere debeatur,taxetur autem pro quantitate expensarũ faciẽdarum.Ad eam autem videndam nullus scholaris nisi matriculatus,& qui medicinæ ad minus per annũ studuerit admitti possit.

Vide lib.4. super 28.

ſit.D.rector cum uno ſocio omnes doctores legentes,& oēs doctores de collegio,& ipſi duo maſſarij : ac etiā duo alij ſcholares pauperes de quorum paupertate ſaltem per eorum iuramentum conſtet ſi fuerint per rectorem , & conſiliarios electi admittatur ſine ulla ſolutione.Reliqui omnes repellantur. Nec rector aut conſiliarij,aut ipſi maſſari habeant poteſtatem aliquē admittēdi non matriculatum, & qui non ſtuduerit in medicina per annū, & qui non ſoluerit. Si quis autem de prædictis ingreſſus eſſet ēt tantum ſemel teneantur ipſi maſſarij ſoluere pro ipſo,per rectorem,& conſiliarios deputetur unus ex doctorib. extraordinarijs qui recitet,& legat textum anothomiæ Mōdini,& unus alter ex doctoribus ordinatiJs ſiue practicæ,ſiue theoricæ, qui declaret ſententialiter dictum textum,& quod declarauerit iuxta textū & literam oculata fide monſtret,& uerificet in ipſo cadauere. Nec ad aliam unquam particulam legendam,uel monſtrandam procedatur niſi prior fuerit declarata,& monſtrata,legentes cyrugiā ad incidendum,& ſecandum teneantur. Quod ſi ad hoc habiles & periti rectori,& conſiliarijs non videantur alium expenſis eorum idoneum ad tale officium conducant.Statuentes, ꝙ nullus doctor quicquam dicere audeat niſi poſtquā ſcholares particulā viderint.Dum vero altera inciditur,ſuper præcidenti iā viſa quilibet doctor dicere, & proponere poſſit ad ſcholarium utilitatē, quod ſibi videbitur.Si uero neq; hic, neq; in Paduano diſtrictu cadauer pro anothomia occurrat teneatur rector cum cōſiliarijs procurare,vt ex Venetijs,vel alio loco habeatur.

De pœna empericorum. 29.

Vide lib.4. ſuper 19.

TAntus apparet empericorum numerus qui ſine vllo rubore cum nullam prorſus medendi peritiam,aut doctrinā habeant tamen ſibi medicorum nomen vēdicant, ut quot ſint mirropolæ: apothecarij: Tonſores,& mulierculæ tot iam medici uideantur.Qui ſine ulla ratione,& reſpectu medelas interiꝰ& exterius ita audent applicare,vt potius macellarij,& carnifices quam medici nomen mereantur.Quare tam pernitioſo hominū generi obſiſtere cupientes,vt non ſolum ordinis noſtri dignitati, ſed etiam humani generis ſaluti conſulatur:Decernimus,ꝙ in poſterum

rum nullus cuiuſcunq; fuerit conditionis in urbe Paduæ, vel in alio loco territorij, vel Paduani diſtrict⁹ alicui mederi, ſeu potionem Pharmacam, aut aliud medelę genus, vlli dare, aut ordinare poſſit quod ad medicum phyſicum pertineat niſi ſit doctor medicinæ, aut ſaltem per triennium in medicina illũ ſtuduiſſe cõſtiterit. Similiter nec opus cyrugicum aliquod vllo mõ exerceat, niſi aut ſit doctor, aut ſaltem per biennium in cyrugia publice intrauerit, & ſtuduerit & per annum ſaltem aliquem peritũ in cyrugia ſecutus fuerit, & practicare viderit ſub pœna lib. 100. quarũ vna pars ſit Illuſtriſſ. D. vna rectoris. tertia vniuerſitatis. Et quarta accuſantis qui ſi voluerit ſecretus teneatur. Si quis autem non doctor, & qui ſtuduerit vt ſupra, & mederi voluerit in phyſica, vel cyrugia ſe præſentet rectori noſtro, qui conuocatis cõſiliarijs tres doctores peritos ex antiquioribus eligat, vt ſibi videbitur ꝑ eosq; talem diligenter practicare volẽtem examinari in practica faciat, & ſi a duobus ex prædictis doctorib. idoneus videbitur.
Tunc rector cum conſiliarijs habeant poteſtatẽ dandi licentiam illi ſic examinato, ut mederi poſſit. Talemq; licentiã per publicũ inſtrumentum, ſeu priuilegium manu notarij noſtri, & ſubſignatum ſigillo noſtræ vniuerſitatis pendenti exhibeant. Hoc tamen declarato, quod examinatus, & approbatus in cyrugia nullam habeat facultatem medendi niſi in cyrugia: Ita vt nullum pharmacum, aut potionem dare poſſit ſine conſilio, & conſenſu alicuius periti phyſici: quem conſulere teneatur de quo ſibi per rectorẽ ſpecialiter iuramentum deferatur. Quotiens aũt non obtenta tali licentia aliquis non doctor mederi, aut practicare auſus fuerit ſiue in cyrugia, ſiue in phyſica: totiens prædictã pęnam incurrat vt ſupra diuidendam. Pro dicto autem examine, & licentia obtinenda ſoluere teneatur vniuerſitati duc. 1. & rectori duc. 1. & notario pro priuilegio, & mercede ſua duc. 1. & bidello ſol. 20. nullus autem ſub pœna periurij, aut dupli remittere, aut donare poſſit partem pecuniæ ſibi ſpectãtem, & quoniam hacten⁹ ſuperiores rectores noſtri ad pauca reſpicientes, vel ad amicorum gratiã pluribus imperitis medendi licentiam conceſſerũt, & priuilegia, eas omnes licentias, & priuilegia vigore præſentis ſtatuti penit⁹

reuocamus,& cassa ac nulla declaramus. Statuentes, vt postquã præsentia statuta confirmata fuerint: omnes infra terminum per rectorem dandum consiliarijs prædicta priuilegia, & licẽtias rectori: & consiliarijs præsentare teneantur. Pro horum aũt omniũ executione teneantur non solum huius vrbis prætores, sed etiam omnes Paduani districtus rectores, & officiales proclamari, & edici facere ad requisitionem rectoris, quod nullus nõ doctor, siue in cyrugia, siue in physica vlli mederi possit nisi licentiam habeat secundum formam præsentis statuti, sub pœna prædicta, vt supra diuidenda: neq; aliquis qui licentiam obtinuerit, nisi eam ostenderit infra spacium 8. dierum post edictum factũ. Hoc vero statutum nullatenus dispensari possit.

De baccalariis doctoribus artium, vel medicinæ qui non examinantur in collegio studii Patauini. 30.

PLeriq;, vel paupertate coacti, vel alia causa inducti quum nõ possint, vel nolint ex aliqua causa se subijcere examini clarissimi collegij in artibus medicinæ baccalariatus, vel doctoratus gradum sumũt ab aliquibus qui ex apostolica, uel impetratoria auctoritate facultatem, & priuilegium habent huiusmodi baccalarios, vel doctores creandi. Quare statuimus, q̃ de cætero nullꝰ paduæ, vel in paduano districtu aliquem de prædictis gradibus assumere a quopiam possit nisi in præsentia nostri rectoris, vel eius substituti, & notarij nostri quibus sine vlla exceptione soluere eam pecuniam teneatur quam rectori, & vniuersitati, & notario nostro soluisset: si in collegio doctorum conuentuatus, & examinatus fuisset: nec de prædictis pecunijs vniuersitati, & rectori, & notario spectantibus vlla relaxatio, vel gratia fieri cuipiã possit: sub pœna periurij, & dupli, & insuper priuilegium, seu instrumentum quo sic gradum baccalariatus, seu doctoratus in artibus, vel medicina obtinuerit per nullum alium quam per notarium nostrum fieri possit pro cuius mercede soluat ei ducatũ medium, & si fieret ab alio notario: amen noster idem exigat, ac si ipse fecisset recusans vero soluere prædictas pecunias non solum ad soluendum quibusuis modis cogatur, sed etiam periurus, ac infamis, priuatusq; omni vniuersitatis commodo publicetur.

Rector autem in baccalarijs ab ipso creandis ex auctoritate qua fungitur antequam illi gradum Baccalariatus conferat in eius p̄sentia super duobus punctis sibi assignatis, per duos idoneos Doctores legentes quos ipse rector elegerit, diligenter examinari faciat a quibus si approbatus fuerit illi gradum Baccalariatus cōferat, & priuilegium per notarium nostrum fieri mãdet. Subsignatum sigillo pendenti nostræ uniuersitatis. Pro tali autē examine, & gradu soluat rectori duc. 2. vniuersitati duc. medium, doctoribus cum examinantibus vnum par cyrothecarum, seu sol. 6. bidello sol. 20. notario vero pro eius salario, & mercede duc. 1. nec de prædictis pecunijs a quopiam aliquid remitti possit sub pœna prædicta.

De rogaminibus, & practicis non fiendi per doctores. 31.

VIdemus in dies quot scandala, & inconuenientia sequi soleant ex practicis, & rogaminibus doctorum nostrorũ fieri solitis maxime tempore electionis noui rectoris, & ballotationis lecturarum, quibus pro studij quiete, & ipsorum doctorũ dignitate salubriter obsistere cupientes vigore præsentis statuti ab Illustriss. D. prouideri, & confirmari petimus, quod null⁹ doctor inhabilis ad uocem dandam: siue legens, siue non, siue ciuis, siue forensis vllo modo, vel ingenio, per se, vel interpositas personas se intromittere, aut impedire possit circa aliquam electionē, uel deliberationem in vniuersitate per scholares factam, seu fiēdam videlicet procurando rogando, obsistēdo, quod aliquis eligatur, vel non eligatur ad rectoratum, uel aliud officium, seu lecturam aliquam, vel circa aliquam deliberationem, seu partē in vniuersitate factam, seu fiendam, & obtentam seu tractãdam. Et si fuerit doctor legens per scholas periurus infamisq; publicetur, & priuatus sit non solum lectura sua ad quem alter deputetur, sed etiã omni vniuersitatis commodo, & soluat lib. lx. quarũ tertia pars sit Illustriss. D. tertia vniuersitatis, & tertia accusantis: qui secret⁹ si voluerit teneatur. Per aliquem scholarem examinandũ in eius promotorem assumi doctor in collegio nō possit infra trienniũ. Liceat tamen doctoribus legētibus si uoluerit in suis lecturis cōfirmari, aut aliam de nouo quærere, seu etiam si non legũt, & ali-

quam lecturam quærant poſſint ſcholares rogare, & ſe, ac ſuum honorem illis commendare, in illis tantum lecturis quas quęrũt, & poſſint etiam ſcholares rogare, vt ſecum intrent. Sed ita tamẽ, vt nullas minas inferãt, aut per aliquem indebitum, aut inhoneſtum modum, ſeu corruptelas, ſub pęnis prædictis audeant, quicquam rogare, aut tentare per ſe, vel per alium. Teneatur aũt quilibet ſcholaris ſub pœna periurij, & priuationis per annũ manifeſtare D. Rectori, & conſiliarijs ſi circa aliquod prædictorũ fuerit ab aliquo doctore legente practicatus, aut rogatus pœna rectori non exequenti prædicta ſit lib. lx. quarum medietas ſit Illuſtriſſ. D. medietas vniuerſitatis. Hoc autem ſtatutum legatur p ſcholas quando doctores incipiunt legere, & quando vniuerſitas conuocatur pro electione noui rectoris, uel ballotationis lecturarũ. Nec aliquo pacto diſpenſari poſſit præſens ſtatutum.

Quod doctores teneantur inuenire æquos Rectori. 32.

SI contingat rectorem equitare vellem cum pretoribus obuiã alicui magno uiro, uel ex alia cauſa extra vrbem, teneatur qlibet doctor legens in medicina ordinarie, ſiue extraordinarie inuenire unum bonum equum pro quolibet. D. Rectori ſub pęna periurij, & lib. 5. uniuerſitati applicandarum.

Quantum promouendus in artibus, ſeu medicina ſtuduiſſe debeat, & diſputaſſe. 33.

NVllus ad examen liberalium artium admitti poſſit niſi in artibus per ann. 5. ſtuduerit. In medicina vero promouendus ſtuduerit ad minus per ann. 3. & lectiones omnes ordinarias audierit, & cum aliquo famoſo doctore per annum ad min⁹ practicaſſe, & infirmos viſitaſſe conſtet, & ſi dubitatur de hoc ſtetur eius iuramento, & niſi ſecum ex cauſa diſpenſatum fuerit, & publice ſub aliquo doctore diſputauerit, & reſponderit in facultate in qua promouẽdus eſt, & legerit ad minus in ſcholis noſtris publice lectiones. In petitione vero diei, vel gratiarũ, ſeu diſpẽſationis depoſuiſſe teneatur apud bidellum noſtrum pecuniã ſpectantem rectori, & vniuerſitati, & officialibus eius, quæ pecunia prædictis numeretur etiam ſi poſtea in examine a doctoribus reprobatus eſſet. Vel etiam ſi poſtquam diẽ, ſeu prædictas ſolitas

gratias obtinuisset, & postmodum hic promoueri nolit.

De præsentatione promouendi. 34.

POstquam a doctoribus collegij in priuato examine tẽtatiuo approbatus fuerit antequam ad verum examen admittatur examinandus si tot habet, ad minus per duos eius promotores rectori præsentetur: & dies examinis petatur ẽt de eius approbatione, & sufficientia per dictos promotores fide facta, si rector tã quam idoneum acceptauerit, & admiserit, & diẽ examinis consignauerit postea præsentetur Reuer. D. Episc. vel eius Vicario, & priori collegij: nullus autem cuiuscunq; fuerit conditionis, siue ciuis, vel forensis præsentari, vel D. Episc. vel alteri possit, nisi fuerit primo per rectorem acceptatus sub pœna priuationis, & 25. lib. & in eandem pœnam incurrat promotores præsentantes, & illi examini interesse, nec pecunia aliquam ex illo capere possint & tamen scholaris ad examen admitti non possit. Caueat tamen rector ne quempiam priuatum, aut debitorem vniuersitatis admittat ad examen: nisi prius vniuersitati satisfecerit, & pri⁹ scierit pecuniam sibi & vniuersitati, eiusq; officialibus de examinibus spectantem fuisse depositam apud bidellum nostrum.

De assignatione punctorum, & forma examinationis. 35.

IN assignatione punctorum, & forma recitationis eorũ, ac etiã in modo procedendi in examine quopiam siue in artib. siue in medicina, & de modo arguendi contra examinandũ. Statuim⁹ seruari quæcunq; circa prædicta in statutis celeberrimi collegij doctorum continentur hoc addito, quod ipse rector si voluerit arguat contra examinandum, & imponat silentium malignanti doctori contra scholarem examinandum.

Qui interesse debeant in examine scholarium. 36.

IN examinatione priuata siue in artib. siue in medicina adsint. D. Episc. vel eius Vicarius D. Rector, vel vicerector, D. doctores collegij conuentuati, & non alij interesse possint. Ita tamen quod Episc. vel eius vicarius doctorem a rectore, vel consiliarijs, vel vniuersitate priuatum siue vniuersitatis licentia ad præsentationes, vel examinationes vllo modo admittat. Doctores vero tã tummodo artium in examine medicinæ nullum approbare, vel

repro-

reprobare possint: nec in medicina solum conuentuati possint in examinibus artium ullum approbare, vel reprobare.

De iuramento doctorandi. 37.

NVllus ad examinationem publicam admittatur, aut īsignia doctoratus suscipere possit, nisi rector ei tale detulerit iuramentum, q semper obediet rectoribus nostris in licitis, & honestis, & quod seruabit omnia statuta vniuersitatis, cuius honores & commoda pro viribus contra omnes semper tutabitur. Teneatur autem notarius noster in actibus suis quemlibet iurantē, annotare, sub pœna lib. 5.

Quod examinati Bononiæ possunt hic conuentuari. 38.

ORdinamus præterea, quod scholares qui receperunt priuatam examinationē in collegio, & vniuersitate Bononiæ in artib. siue in medicina, siue in aliqua priuata examinatione faciēda possint ad publicā examinationē accedere, & insignia doctoratus suscipere quocunq; tēpore voluerint, sicut Bononiæ poterāt.

Quod scholares inuitari, & esse debeant ad inuitationem pro aliquo actu faciendam. 39.

SVperfluis impensis, & laboribus parcere volentes a nostris scholaribus fieri solitis. Statuimus, q imposterum nulli penitus scholari, siue ciui, siue forensi in inuitationibus ad disputationem principia repetitiones, examina, & conuentus priuatos, & quoscunq; scholasticos actus faciendos liceat ducere, aut habere nisi scholares. x. ad plus, & notarium, ac bidellum in conuentu tamen publico possint haberi, & esse quot ipse conuentuandus eligerit. Et si contrafactum ab aliquo fuerit, pro unoquoq; scholare recepto supra taxatum numerum teneatur is pro quo inuitatio sit vniuersitati nostræ soluere lib. 12. Cuius dimidia pars vniuersitati: Alia medietas assignetur denuntianti. Cuius iuramento omnimoda fides adhibeatur, nisi contrarium probetur. In quam pœnam etiam incurrat rector si non exigerit prædictam pœnā. Bidellus vero si neglexerit contrafacientes denūciare officio suo priuatus sit: ei ad faciendam denunciationem trium dierū terminum assignamus.

Quan-

Quantum examinandus, & promouendus, seu conuentuandus soluere debeat. 40.

De duobus scholaribus amore Dei promouendis. 41.

CVm multis in rebus clarissimi doctores collegij eorum libe ralitatem in scholares nostros præseferant, cum in hoc præcipue eorum dignitas, & benignitas, nec non in vniuersitatē nostram beniuolētia dignoscitur videlicet quod ex antiquo, & laudantissimo instituto teneantur singulis annis duos scholares pauperes promouere. Cuius rei pro dicti collegij honore mentionē inferendam duximus, vt nullus propter paupertatem cū ꝓprijs opibus iuuari non possit a studio, & laboribus deterreatur, quin istius liberalitatis spe ductus, magnum suorum laborum solatiū sperare possit. Quare sicut hactenus obseruatum est. Ita statuimꝰ ex antiqua conuentione inter vniuersitatem nostram, ac celeberrimum collegium facta, vt omni anno duo pauperes scholares, qui suos fecerunt actus de quorum paupertate, & impotētia saltem per eorum iuramentum constet, gratis & amore Dei examinentur, & conuentuentur, vnus in artibus, & alter in medicina, si reperiuntur in duabus facultatibus: si non reperiuntur duo ī vna tantum facultate, hoc tamen declarato, quod anno impari examinētur, & conuentuentur duo scholares forenses, anno uero pari duo scholares ciues qui tamen sint matriculati si reperiūtur, duo forenses, vt supra dictum est. Vt autē aliquam gratiam dominis doctoribus rependamus sicut supra in statuto de anothomia decretum est, declaramus quod ipsi doctores collegij sine vlla solutione ad videndam anothomiam ingredi possint. Ipsi vero scholares postquam a doctoribus ad talem gratiam fuerint electi antequā præsentētur petant gratiam ab vniuersitate, & rectore specialiter de pecunijs ad rectorē, & uniuersitatem eiusq; officiales spectantibus quas illis remitti posse decernimus partito ad ballotato positos si vniuersitati placuerit: neq; postea notarius, aut bidellus quicquam petere possit. Ipse rector vero pro dictis pauperibus apud Reuer. D. Ep. pro pecunia sibi, & suæ curiæ spectante

inter-

intercedere teneatur a quo cũ ſit pater pauperũ,& in noſtrã uni-
uerſitatem beneficientiſſimus omnia obtineri poſſe ſperãdũ eſt

De feriis, & feſtiuitatibus celebrandis per doctores legentes. 62.

Vide lib.4. ſuper 42. NE doctores legentes arbitrio ſuo feſta, & vacationes faciãt. Ordinamus, quod omnes doctores noſtri,& alij ad legendum deputati. Lectiones ſuas,& horis conſtitutis poſt feſtum S. Lucę Euang. vſq; ad feſtum aſſump. glorioſæ V. Mariæ, videlicet vſq; ad 15. diem Aug. continuare ſingulis diebus teneantur, nec vllũ diem intermittere poſſint, aut a lectionibus abſtinere, niſi in diebus quos ipſe Bidellus nunciauerit, & quos feſtãdos vniuerſitas infraſcripto Cal. duxit: neq; propter alicuius examen, ſeu conuẽtum lectiones omittantur, ſed horæ in nonis anticipẽtur,& permutentur. In die etiam Iouis quum aliquod feſtum in ebdomada non fuerit, legere non teneantur. Nec alios quam inſertos publicari, aut celebrari volumus. Si quis uero ad legendum deputatus vltra illos infraſcriptos ullum intermiſerit diem, eũ bidellus generalis punctare,& denunciare teneatur ſcribæ qui facit bulletas ſolutionum,& camerario. qui camerarius in ſolutione facienda doctori pro rata lectionum omiſſarum de eius ſalario retineat & doctori ad mandatum rectoris legenti tradat, & ſi nemo legit camerę cedat. Teneatur autem bidellus ſcholas omnes quotidie viſitare, horis ad legendum deputatis,& omnes abſentes, vel nõ continuantes ad tempus ſtatutum punctare,& ut ſupra denũciare ſub pœna periurij s,& lib. 3. pro qualibet vice. Deputati vero ad legendum diebus feſtis, continuent omnibus diebus feſtis, & vacationum uſq; ad 15. diem Aug. præterquam in uigilia, & tribus diebus feſtiuitatis D. noſtri,& tribus diebus carnis priuij,& in vacationibus Paſchæ Reſurr. Dominicæ, & in die S. Antonij confeſſ. uidelicet 13. Iun. In nullis autem ferijs alijs, aut vacationibus ob aliquam cauſam a lectionibus illis abſtinere liceat,& ſi quem publice diſputare contigerit. Legant de mane ſub pœna prædicta, doctores vero,& legentes omnes prædictam pœnã euitent ſi egrotent, vel ſi ab urbe abſint obtenta licentia ut ſupra decretum eſt, in ſtatuto de abſentatione,& ſubſtitutione doctorũ, & non aliter.

Dies

Dies vero festi, & vacationum hi sunt, & primo.

S.Luci Euangelistæ. die 18
Apost.Simoni, & Iudæ. die 28

NOVEMBRIS.

Festiuitas omnium SS. die 1
Comm.fid.defun.omniũ die 2 in mane tantum.
S.Martini Ep.conf. die 11
Propter fœlicem ingressum. Illus.d. in hanc vrbem festẽtur dies 17.& 18.
S.Catherinæ die 25
S.Andıææ Apost. die 30

DECEMBRIS.

S.Nicolai die 6
Concep.B.M.Vir. die 8
S.Luciæ die 13
S.Thomæ Apost. die 21 & abinde a Nat. vsq; ad festũ circuncisionis inclusiue.

IANVAR.

Circunc.Dom. die 1
Epiph.Dom. die 6
S.Antonij de Vienna. die 17
S.Fabiani, & Sebast. die 20

FEBRVAR.

Purificatio S.Mariæ die 2
S.Blasij Ep. die 3
S.Matthiæ Apost. die 24

MARTIVS.

S.Thomæ Aquinatis per solos extraordinarios. die 8
Annunc.gloriosæ vir. die 20

APRILIS.

S.Marci Euang. die 25

MAIVS.

SS.Aposto.Philippi, & Iacobi die 1
S.Bernardini conf. die 20
Propter assum. caputei festetur dies præcedens, & sequẽs asũptionem caputei rectoratus.
S.Vrbani. die 25

IVNIVS.

S.Barnabæ Apost. die 11
S.Antonij de Pad.conf. die 13
S.Ioan.Baptistæ. die 24
SS.Apost.Pet.& Pauli. die 29

IVLIVS.

S.Mariæ Magdalenæ. die 22
SS.Iacobi, & Christofori mart. die 25

AVGVSTVS.

S.Mariæ de niue, & Dominici conf. die 5
S.Laurentij die 10
Assump.gloriosæ virg.Mariæ. die 15
Et abinde cõtinentur generales vacationes magnæ vsq; ad 19. diem Octob.

Vacationes autem carnis priuij, a die Iouis præced.vsq; in diẽ 1.quadr.durant: nec ante dictum terminum ad petitionẽ Recto ris, aut consiliariorum: aut alicuius a legendo desistatur sub pęna lib.40.in quam pœnam incurrat etiam rector si cõtrafecerit, aut con-

contra fieri consenserit. Festum autem Resur. Dominicę cũ septimana præcedenti, & subsequenti celebretur. Festum ascensionis Dom. cum die sequenti propter euntes Venetias, & Pentecostes cum duobus diebus sequentibus. Festum corporis Christi D. nostri quibuscunq; diebus, & mensibus occurrat celebrari decernimus. Hoc autem statutum cum suprascriptis festis volumus, vt bidellus generalis, & notarius in suis stationibus scriptum, & publice appensum continue habeant.

De festiuitate S. Thomæ de Aquino. 43.

IN primis Deum a quo cuncta bona procedunt, & sanctos ei° cum deuotione, & affectu vereri conuenit, vt eorum precibus & intercessione nobis diuina gratia conseruetur, & concedatur, & quoniam ob S. Thomæ de Aquino miracula, & eius eximiã doctrinam, quam suis scriptis nostras facultates inter omnes doctores christianos illustrauit, & plurima attulit adiumenta præcipue ab vniuersitate honorandus maioribus nostris visum est. Iõ veteribus institutis, & antiquæ, ac laudatissime consuetudini adhærentes. Statuimus, ꝙ singulis annis dies festus S. Thomæ processionaliter honoretur. Pro cuius celebratione ordinam°, quod per 8. dies ante dictum festum rector per bidellum de mandari publice faciat, quod omnes doctores, & scholares ciues, & forẽses venire in dicto die teneantur ad apothecas de mane post exitum ordinariorum, vt cum rectore ad ecclesiam prædicatorum S. Aug. accedant processionaliter ad honorandum S. Thoma de Aquino. Quilibet autem doctor ordinarius infra 2. dies soluere massario teneatur sol. x. & quilibet extraordinari°. 8. & quilibet scholaris tam ciuis, quam forensis sol. 3. de quibus pecunijs per massarium emantur ad minus cerei quindecim competentes, & honorabiles qui præferantur ante rectorem ad ecclesiam, & postea per rectorem, & doctores altari offerantur, & soluatur tubatoribus, & tibicinibus. Si quid vero pecuniæ superest, aut fratribus dictæ ecclesiæ erogetur, aut vniuersitati applicetur sicut videbitur. D. Rectori, & consiliarijs. Si quis autem prædictã pecuniam infra dictum terminum non integre soluerit, incurrat pœnã periurij, & sol. xx. & si fuerit legens a lectionibus suspẽdatur,

& si

& si fuerit scholaris priuatus sit a voce danda in omni actu p annum integrum, si fuerit consiliarius, vel sapiens ei pœna duplicetur. Addentes, quod in eandem pœnam incurrāt quicunq; licet soluerint, & non venerint, & steterint cum rectore vsq; ad ei⁹ reditum ad apothecas teneatur autem bidellus annotare oēs soluētes, & non soluentes, & eos rectori, & consiliarijs præsentare. Vt autem sciri possit, qui venerint aut qui non venerint. Teneatur quilibet scholaris sub pœna lib. 3. se præsentare consiliario suæ nationis. Paduani vero scholares, qui non habent consiliarium se præsentent sub pœna prædicta, aut sapienti, aut D. rectori. Quod si quis non fecerit licet præsens fuerit, & steterit tamen incurrat pœnam prædictam. Si quis autem ex iusta causa adesse non possit licentiam obtineat a rectore. Si qui vero extra vrbem sint tamen soluere teneantur, vt in principio dictum est, pro cæreis & offertorio. In prædicta uero processione præcedentibus tubis, & tibijs præcedant notarius, & bidellus cum baculo vniuersitatis, & cereis, & notarius collegij. Deinde rector cum priore collegij qui ad hunc actum requiri debet, & doctores legētes post quos immediate sequantur. Sapiens, & consiliarij, & postea tota reliqua vniuersitas, & missa finita stare teneantur vsq; ad finē sermonibus habendi de laudibus S. Thomę, & rectorem reducere. Aliter condemnetur, sicuti si venire neglexissent. De prædictis vero pecunijs exactis ipse massarius infra biduum rationem reddere teneatur domino rectori, & consiliarijs.

De festiuitatibus singulorum nationum. 44.

FEstiuitates proprie nationum, quæ sunt descriptæ inter festa uniuersitatis nostræ celebrentur solum in die dominico, uel alio die solenni ad uoluntatem ipsarum nationum. Ita vt propter illas a nullis lectionibus abstineatur. Rector uero quæ a maiori parte alicuius nationis propter eorum festa, vel alia negocia sua ordinata sint quibusuis remedijs pro suo officio obseruari faciat per singulos eius nationis. Dummodo illa sint honesta, & iuri consona, & quod per illa statutis vniuersitatis nostræ in aliquo non derogetur.

LIBER

LIBER TERTIVS.

De diuersis priuilegiis scholaribus, & doctoribus concessis. 1.

Vide lib.4. preco nium.



Equum est ut qui studiorum, & virtutis gratia omissis parentibus, & partia neglectisq; periculis, & impensis omnibusq; commodis quasi exules, & peregrini fiant, aliquo etiam commodo afficiantur: & presertim ab his qui plurimos fructus, & honorẽ a scholaribus consequuntur, quapropter vt ipsi etiam scholares libentius ad hoc studium confluant confirmari petimus, quod scholares volentes cum nuncijs, & familiaribus suis ac etiam doctores ad legendum per vniuersitatem electi possint, & debeant sine periculo rerum, & personarum per omnes terras, & loca illust. D. Venetiarum subiecta ad ciuitatem paduanam uenire, & in ea vel eius districtu habitare, & notari. Adijcientes, ꝙ tam ipsi scholares, & doctores, quam eorum nuncij & familiares eundo paduam, & ibi stando, & recedendo, omnes res, & libros, & uestes, & lectos, & pannos cuiuscunq; generis, seu coloris pro uestibus suppellectilia, & alia ad eorum vsum pertinentia, ut uinum frumentum, farinam, ligna, oleum, & huiusmodi possint libere, & impune, & sine aliqua solutione datij, vel gabellæ die noctuq; ponere, & apportare, et exportare, siue prædicta sint deducta, vel empta in territorio paduano, vel extra per se, vel per familiares eorum iuxta eorum voluntatem, & omnia ad usus eorum, et suę familiæ per ciuitatẽ, et extra emere, et portare sine aliquo datio, et gabella, et sine solutione intratæ portarum de omnibus prędictis soluenda, declarantes ꝙ rector vniuersitatis nostrę, uel elect⁹ ad rectoratum, et omnes qui gradũ doctoratus assumpturi sunt, non solum omnia prædicta pro se, et pro usu familiæ suæ, sed ẽt confectionis vina, et alia pro collatione consueta exhibenda, et pro alijs festiuitatibus zambellotos, et pãnos de sirico, et de grana, et cuiuscunq; generis possint, et debeant libere, et sine aliqua solutione datij, seu messatarię aut bulleta paduam ex venetijs, et

a qui-

a quibuſcunq; locis portare, ſi vero per quoſcunq; officiales du bitatur, vtrum aliquod prædictorum pro eorum ſcholariũ, ſiue doctorum, & familiæ vſu ſint eorum ſtare volumus iuramento: ne autem in poſterum aut hic, aut Venetijs, aut alio loco Illuſtr. D. ſubiecto præſens. Statutum, & priuilegium infringatur, aut cõ temnatur. Volumus quilibet Rector qui pro tempore fuerit ſingulis annis ſub pœna periurij, & li. 25. procurare, & facere teneã tur, vt præſens ſtatutum ſicut iacet ad litteram manu notarij noſtri inſcriptum, & ſubſignatum ſigillo d. Poteſtatis præſentetur non ſolum datiarijs ciuitatis Paduæ, ſed etiam, alijs dominio ſubiectis, & maxime venetiarum officialibus. Ita vt cãm habeant ſine vlla exceptione, aut excuſatione hoc ſtatutũ, vt iacet in oĩb⁹ ſuis partib. exceptioni mandare, & ſcholares, & res beneuactare.

De priuilegiis ſcholaribus conceſſis circa neceſſaria. 2.

ITem ordinamus, ꝙ occaſione aliquarum repreſaliarum cõceſſarum contra aliquam ciuitatem, vel prouinciam regẽ, uel dominum quacunq; ratione, uel cauſa nõ poſſint ſcholares, ſeu doctores legentes, uel eorum nuncij, ſeu familiares, aut eorum res, aut bona capi detineri inquietari moleſtari, ſeu aggrauari per totum territorium Illuſt. D. Venetiarum: ſed cuicunq; ſcholari aut eius nuncijs, & doctori ad legendum per ſcholares electo cũ ipſorum perſonis, & rebus ſit liber aditus eundi, & redeundi ad ciuitatem, & diſtrictum paduæ ſicuti eius ciuibus non obſtantib⁹ dictis repreſalijs.

Quod ſcholares capi non poſſint. 3.

STatuimus, ꝙ ſcholares non capiantur perſonaliter, nec impediantur, nec moleſtentur in aliqua re pro aliquo debito cõ tracto alibi quam Paduæ, vel in paduano diſtrictu etiã ſi tempore illius contractus talis ſcholaris ante, vel poſt huic ſtatuto ſpecialiter, vel ſcholaſticis priuilegijs generaliter, & cũ proprio iura mento renunciauerit. Pro contractibus autem factis paduę cum rectoris licentia, & non aliter capiantur, & ſi capti ſine tali licẽtia fuerint ad omnem requiſitionem rectoris relaxentur.

Quod ſcholares gaudeant priuilegijs ciuium. 4.

STatuimus ſicut conſuetudine approbatum eſt, quod ſchola-

res omnes in numero ciuium computentur quo ad commoda tantum eisdemq; priuilegijs,& emolumentis quibus gaudent ciues gaudeant,& scholares,& doctores nostri legentes. Ad incõmoda vero inter ciues minime computentur,& per aliquem ciuem,uel alium non possint scholares, siue prædicti doctores accusari,uel denunciari prætextu alicuius priuilegij spectantis eisdem contra scholares. Quod si per aliquem fuerit contrafactum eius accusatio nulla sit,& in pœnam 100.lib.incurrat.

De priuilegijs circa domus conducendas seu conductas. 5.

NE ulla malignitate, aut auaritia locatoris ipsi scholares ex domibus quas habitauerunt per ipsorum dominos repellantur,uel eius pensionem iniuste augeri patiantur. Statuimus ꝙ si aliquis scholaris uelit aliquam domum quam nunc habitat ꝓ sequentibus annis dum in studio manet tenere,& dare eam pẽsionem quam superiori anno dedit,& præteriti anni pensionem integre soluerit, vel paratus sit soluere,possit & debeat ipsam domum inuito domino pro illa pensione tenere, quã superiori anno promiserat nisi post locationem dominus domus ita necessariam causam sibi & eius familiæ superuenisse ex insperato probauerit vt pro sua,& familiæ habitatione illi necessarium sit domũ habere,& habitare pro toto sequenti anno, vel domum reficere, & reparare de nouo voluerit de quo stetur eis iuramento. Quam domum si postea per totum annum non habitauerit, vel non edificauerit,& alij locauerit. Rector illam domum per 4.ann.sequẽtes interdici faciat,& interdictam per scholas proclamari, vt nullus priuilegio vniuersitatis gaudens,in illis 4.ann.sub pœna periurij,& alia pœna arbitrio rectoris commissa conducere audeat, & si quis tam citius conduxerit si ille scholaris sit, siue alius non subiectus vniuersitati nihil habeat dominus domus expensionẽ ad quam soluendam conductor se obligauit, sed eius pensionis fiant 4.par.quarum vna sit vniuersitatis, altera rectoris, tertia cameræ fiscalis dominij, quarta illius qui ex domo repulsus fuit & si ad huius pensionis exactionem rector negligens fuerit, nihil habeat, sed pars eius camerario Paduæ qui eam exegerit applicetur. Quod idem locum habere statuimus in eo qui domũ schola

ri locauerit, & antequam ſcholaris eam inhabitare cæperit locationem retractat ſub ſpecie, quod ipſemet eam cum familia velit habitare. Quod ſtatutum volumus extendi, & locum habere in ementi domum locatam ſcholaribus; hoc declarato, quod ĩ nullo caſu, neq; ex aliqua cauſa ante complementum, vel finẽ anni ſcholares ex domo conducta repelli poſſint etiam ſi domin⁹, vel emptor domus locare pro ſua, & familiæ habitatione neceſſariã domum eſſe probauerit.

De interruptione ſtudii. 6.

SI ex peſte, vel alia cauſa (quod Deus auertat) ſtudium interrũpi contingerit pro rata temporis ſolummodo quo ſtudiũ nõ erat interruptum ſcholares ſoluere teneantur, & domũ renuere poſſint, quod ſi ſtudium non fuerit interruptum, & in domo vel prope domum, vel in vicinia quempiam ex peſte infici, ſeu mori accidat, vel alia cauſa iuſta timoris ſuperueniat ex qua ſcholari timor incuteretur, non ſoluat niſi pro rata temporis quo dumũ inhabitauerit, & ſi vltra dictum tempus ſoluiſſet. Locator vel dominus domus reſtituere compellatur. Si vero ceſſante timore, vel ſtudij interruptione ipſe ſcholaris redierit, & dom⁹ alteri locata non fuerit, ipſe dominus illi ſcholari quam primum eã inhabitauerit, eadem penſione locare teneatur, & in ea ut ſupra iure inquilinatus ſcholaris prædictus vtatur.

De iure inquilinatus. 7.

OMnem diſcordiam inter ſcholares ſimul commorantes ſuper iure inquilinatus ortam ita ſedari decernimus, ꝙ qui per ſe domum ab hoſpite conduxit ille ſolus in iure inquilinat⁹ alijs præferatur, & ſi ille inquilinatus iure vti noluerit, tunc in alium ex ſocijs cui velet iſtud ius transferatur: quod ſi ad nullum transferre uelit, tunc inter illos ſorte dirimatur. Si aũt plures domum conduxerint, uel conduci mandauerint, tunc ſorte eorum diſcordia tollatur, Volumus etiam quod ſi quis domum conduxerit, & in ea non habitauerit, elapſo anno ius inquilinatus amittat, penes alios ſcholares inhabitantes penitus remanſurum. *Vide*

De renunciatione domus, vel inquilinatus. 8. *lib. 3.*

ITem ſtatuimus, ꝙ nullus ſcholaris renunciare poſſit, ante uel *c. 22.*

post conductionem hospitij iure inquilinatus per se, vel per aliũ & si renunciauerit renunciatio habeatur pro non facta, ẽt si apposita esset pœna pecuniaria, uel iuramentum interuenisset, & si ob hoc dictus hospes, seu locator scholarem molestare uoluerit, tunc domus uel hospitium sit per quinquennium interdictũ, & renuncians scholaris nullatenus periurus habeatur, & ad pœnã appositam non teneatur. Scholaris tamen alteri scholari de vniuersitate ius suum cedere possit, cui si non assentiat hospes, uel dominus, pœnæ contra eum statute exequi possint. Volumus tamen, quod in huiusmodi cessione socij extraneis præferantur, si plures cessiones occurrant, prior cessio obtineat firmitatẽ. Quod si de prioritate non constet, omnis discordia sorte tollatur.

De pensione non augenda. 9.

VOlumus etiam pensionem scholari augeri non posse, nisi hospitium per ipsum D. domus fuerit augumentatum, vel melioratum quod tunc augeri possit pensio prout rectori qui ꝑ tempore fuerit visum fuerit esse iustum. Ita etiam si hospitiũ fuerit diminutum, vel deterioratum pensio minui possit arbitrio rectoris, & consiliariorum.

De reparatione domus. 10.

SI domus, uel hospitium scholari locatũ reparatione indigeat sine qua scholaris incõmodum, vel lesionem possit incurrere etiam sine pensionis solutione teneatur locator, seu hospes infra 15. dies postquam fuerit a scholare requisitus illud facere reparari etiam si inter eos conuentum non extitit, quod si recusauerit. Inquilinus id facere posit de pensione promissa. Quod si pẽsio soluta fuisset: & hospes seu locator restituere nollet quod ꝑ dicta reparatione scholaris expoluisset, ei prædictus seu locator per iudicem restituere compellatur, & ẽt interdicetur hospitium seu domus per annum integrum sequentem, quod a nullo cõduci posit. Necessariam etiã expensam declaramus, quod fenestræ camerarũ, & studiorum pannis lineis debite fulciantur. Itẽ ꝑgulæ vitesq; reparentur. Et si inter scholarem, & locatorem seu hospitem fuerit orta contentio super pactis inter eos conuentis sup constructione, & reparatione domus, uel super pẽsione, uel alijs

ad

ad domum,seu hospitium pertinentibus,pro, & contra scholarem admitti in testes volumus scholares, socios & alios familiares ipsius,& deficientibus testib.iuramento scholaris decernim⁹ prius tamen admonito patrono domus de hoc statuto nostro.

De scholaribus simul commorantibus. 11.

STatuimus, quod si vnquam inter scholares simul in vna domo,seu hospitio,aut societate viuentes discordia fuerit orta. Rector quibus melioribus poterit modis eos ad concordiã inducat,& componat,quod si infra 25. dierum spaciũ inter se noluerint, vel non poterunt concordari interueniente alicuius ipsorũ malitia,illi vel ille qui occasionem illius discordiæ,seu dissentionis dederit,si modo legitime fuerit comprobatum,soluta pensione totius pro parte sua de hospitio recedere teneatur, vel teneantur.Et si rebelles fuerint,per rectorem compellantur, nec aliũ arbitrio suo scholarem in ea domo ponere eius loco possit.Si vero aliquis scholaris cum alio,vel alijs societatem,& contubernium contraxerit,& postea ad habitandum cum illis nõ venerit, teneatur ad solutionem pensionis suæ partis pro toto anno, & etiã expensarum communium societatis.

De recessu scholarium a societate. 12.

SOcius recedens de hospitio animo non redeundi soluta pri⁹ sua parte pensionis totius temporis omne ius,quod habebat ratione conductionis amittat,& claues eiusdem domus,& cubiculi quas habuit socijs cõsignare teneatur.Animum vero hospicium dimittendi interpretamur recedentem habere, cum res ei⁹ omnes,vel earum meliores ad aliud habitaculum,vel alio duxerit transferendum. Socij vero remanentes nequaquam compellantur soluere partem pensionis pro socio qui recesserit, & non soluerit,nisi ad specialiter ex contractu,& expresse sint obligati.

Quod conducere nullus aliquam domum audeat,quam scholaris inhabitat. 13.

STatuimus,ꝙ nullus doctor,seu scholaris, aut alter scholastico priuilegio gaudens sub pœna periurij, & priuationis ab omni commodo, & honore vniuersitatis audeat super hospitijs conducendis,quæ fuerint alteri scholari locata, vel ab ipso habi- *Vide lib. 3. circa 3. vol.*

tata per se, vel per alium alloqui hospites, seu dominos, vel quẽuis alium mediatorem verborum, vel literarum missione quam diu idem scholaris inquilinus, siue vnus, siue plures domum seu hospitium voluerint tenere. Nec aliqua domus a rectore, seu cõsiliarijs interdicta a quopiam sub eadem pœna conduci possit. Ne autem locus ignorantiæ relinquatur hospitia taliter interdicta, dum interdicuntur per scholas publicentur, & in apothecis nostris cum expressione vici, & parochiæ, & proprij nominis hospitis in cartha per notarium cunctis visibiliter describatur, pro hospitio vero, seu domo interdicta, & priuata cũ aliquo mõ restituitur, pro singulo anno quo interdicta erat hospes duc. 1. vniuersitati soluere teneatur, & si interdictum perpetuum erat solutio ista arbitrio rectoris, & consiliariorum moderetur.

Quod hospes non possit aliquem in camera recipere inuitis socijs. 14.

ORdinamus, ꝙ si aliquis hospes in vna camera receperit vnũ vel plures scholares socios vel hospites, vel ipsorum scholarium expensis viuentes, & ex dicta camera, vel domo aliquẽ ex socijs discedere contingat non possit hospes alium scholarẽ, uel quæcunq; inuito socio, vel socijs remanentibus recipere. Addẽtes, quod prædicti scholares si honeste, & quiete viuant ab eodẽ infra annum repelli non possint.

De obseruatione illius statuti. 15.

STatuta super hospitijs, & domibus conducendis edita quæ ĩ præsenti 3. lib. continentur ab omnibus inuiolabiliter obseruari uolumus: nec vllo modo per vniuersitatem dispensari possint: nec de eorum aliquo dispensione, vel suspensione per rectorem, aut quempiam aliũ aliquid proponi, vel tractari possit sub pœna periurij, & li. xl. quarum medietas sit vniuersitatis: medietas Illustriss. D. & si vlla dispensatio, seu retractio fuerit nullius sit roboris, & executionis. Addentes, ꝙ alicui prædictorum statutorum nullus scholaris aut doctor, seu quiuis alius scholastico priuilegio gaudens possit generaliter, vel specialiter renunciare, et si apposita esset pecuniaria pœna, & iuramentum interuenisset, & si renunciatio facta esset non teneat, nec scholaris ad pœnã teneatur, nec periurus habeatur.

Quod

Quod scholares non possint trahi ad vetita examina. 16.

NE doctores, aut scholares nostri, & quiuis alij scholastico priuilegio gaudentes imposterum ad alios iudices, & vetita examina trahantur sicut in 1. lib. de iurisdictione statutum est & in antiquis statutis comperimus ordinamus, quod corã nullo alio iudice cuiuscunq; sit conditionis seu potentiæ, quam corã rectore uniuersitatis, & consiliarijs quiuis contra scholarem, aut alium scholastico priuilegio gaudentem agere, seu ciuiliter, seu criminaliter possit sub pœnis statutis, nec a quopiam iudice audiri possit: aut contra scholarem procedi non obtenta licentia a rectore, neq; occasione alicuius delicti publice proclametur, nisi ex eo sic ueniret condemnandus: nisi in criminalibus scholaris taliter deliquisset, ꝙ veniret ex delicto corporaliter in aliquo mẽbro condemnandus. Si vero quispiam siue ciuis, siue forensis calumniosam accusationem contra scholarem intẽtare præsumpserit, si præmissa prima admonitione a rectore non destiterit, ipsi, & filij vsq; ad gradum tertium, & pater eorum, & auus, & eorũ hospitia per quinquennium subiaceant interdicto sine spe restitutionis, quod interdictum a termino sibi assignato peremptorie infra tres dies per scholas publicetur.

De priuilegijs scholasticis. 17.

DEcernimus præterea, ꝙ si scholaris, uel gaudens priuilegio scholastico habuerit cum aliquo rixam etiam si ad vulnera peruentum sit, & postea inter se concordauerint de illa discordia seu rixa, ꝙ nec possit, nec debeat rector aut iudex aliquis, neque in cognoscendo, nec in iudicando se intromittere, & si inceperit procedere desistere immediate teneatur quum de huiusmodi cõcordia constiterit.

Quod scholares tormentari non possint, sine præsentia Rectoris. 18.

COntingit in ciuitatibus plurima maleficia committi, & ob ea plerunq; scholares capi cum sint inculpabiles, & insontes & sæpe per potestatem non considerata qualitate persona, tormẽtis apponi. Ideo nostrorum innocentiam tutari uolentes statuimus, quod nullus scholaris, uel ecclesiastico priuilegio gaudens per potestatem, vel alium in officio aliquo constitutum possit

tormentis apponi,nisi præsentes rectore,aut eius substitutó, nisi pro crimine læsæ maiestatis, & causa concernente statum Illustriss. D. Ducalis Venetiarum.

De scholaribus qui banniri debeant. 19.

ITem mandamus, ꝙ si aliquis scholaris ex aliquo delicto debeant banniri primitus præconizet per ciuitatem,&per singulas scholas,quod talis scholaris debeat bãniri,& postea bãniatur

De fideiussoribus dandis per scholares. 20.

ITem confirmari petimus, quod si in aliquo negocio imminret scholari aliqua necessitas dandi fideiussores possit dare de scholaribus,qui acceptari debeant dummodo sint idonei, & ĩter creditorem,uel alium , & scholarem , seu scholastico priuilegio gaudentẽ offerentẽ satisdationem de idoneitate fideiussoris quæstio uerteretur super hoc sententiæ rectoris stare uolumus. Adijcientes,quod ex nulla causa aliquis scholastico priuilegio gaudens pro ciue,aut alio non subiecto uniuersitati fideiubere,& se obligare possit,nec talis obligatio,aut fideiussio acceptari possit, & si acceptata esset ad eam fideiussor,& se obligans nõ teneatur, & quilibet notarius qui eam obligationem,& fideiussionem stipulauerit,aut scripserit pœnam 30.lib. quarum tertia pars sit cameræ fiscalis Illustriss. D.tertia rectoris,& tertia accusantis.

Ne libri scholarium per ludum perdantur. 21.

NE libri , & bona scholastico priuilegio gaudẽtium propter ludum,aut in honestam causam indebite perdantur. Ordinamus , quod nullus scholaris , vel alius scholastico priuilegio gaudens debeat,aut possit librum aliquem pignorare, nec in cõtractu aliquo se obligare, aut pro alio fideiubere nisi obtenta licentia a rectore,& eidem causa talis obligationis expressa in præsentia notarij nostri , & nisi scholaris debitor ipsi rectori creditoris nomine proprio iuramento affirmet creditam , vel credendam sibi pecuniam,pro utilitate,& commodo suo accipere, uel accepisse,aut appareat ipsum scholarem eam pecuniam,uel rem creditam pro uictu,aut alio honesto usu habuisse & si aliter,aut contra hoc statutum fideiussio,uel contractus aliquis,factus est non teneat.

De priuilegio doctoribus conceßo post doctoratum. 22.

NOn ſolum ſcholares,ſed omnes ad legendum per vniuerſitatem electos,aut alios quoſcunq; doctores forenſes,qui ĩ hoc ſtudio, & ciuitate doctoratus gradum abſoluto eorũ ſtudio ſumpſerunt,ſi poſt doctoratum eos contingat hic permanere cõtinue iuriſdictioni Rectoris,& vniuerſitatis ſub eſſe volumus & licet vocem dare non poſſint,tales tamen,& eorum familias omnibus ſcholaſticis priuilegijs, & immunitatibus pleniſſime gaudere ſtatuimus ſicut quando ſcholares erant.Declarãtes, ꝙ bidelli,notarius,ſcriptores,& ſtationarij,ac miniatores qui rectori iurauerunt, & ad ea officia ſecũdum formam ſtatutorum aſſumpti ſunt etiam hiſdem priuilegijs,& immunitatibus vtantur.

De Stationariis,qui nõ poſſunt vẽdere libros ſine licentia rectoris. 23.

NVllus autem audeat,aut poſſit in ſtatione ſua libros medicinales,aut oratorios, & poetas aut theologicos alios in aliqua de noſtris facultatibus tenere,& vendere niſi ad id officium per rectorem,& cõſiliarios fuerit aſſumptus,&de tali aſſumptione manu notarij noſtri habeat publicum inſtrumentũ,& in matricula officialium vniuerſitatis noſtræ fuerit conſcriptus , & rectori iurauerit de officio ſuo legaliter,& bona fide exercendo & de ſeruandis ſtatutis noſtris maxime ad officium ſuum pertinentibus,quæ in ſtatione ſua de bona littera ſcripta , vt iacet habere teneatur,vt omnibus pateat ſi vero contrafecerit in aliquo prędictorum,aut aliquem librum de prædictis ad noſtras facultates ꝑtinentem venaliter tenuerit incurrat pœnam 30.lib.quarum vna pars ſit cameræ fiſcalis,altera vniuerſitatis,tertia rectoris. Quod ſi rector in exigenda dicta pœna negligens fuerit eius pars camerario fiſcali Paduæ,qui eam exegerit applicetur, & ipſe ſtationarius periurus,& omni priuilegio ſcholaſtico priuatus ſit,& nullus ſcholaris,aut doctor cum eo negociari,aut participium aliquodquod ad effectum ſtationis cum eo habere poſſit, nec venditio de prædictis libris per eum facta teneat.

De ſtationariis matriculandis. 24.

QVilibet librorum noſtrorum ſtationarius poſtquam per rectorem,& conſiliarios fuerit acceptatus , & in libro officia-

lium matriculatus infra xv.dies teneatur dare fideiussionem, uel fideiussores idoneos de lib.400.quod libros,& res scholariũ, & doctorum pœnes ipsam fideliter conseruabit, & illesas restituet. Quod si talem satisdationem non dederit omni commodo scolastico priuetur publice, & eius nomen ex matricula nostrorum officialiũ deleatur,& rector omnibus scholastico priuilegio gaudentib.mandare teneatur quod nullus deinceps,aut cũ illo negociari,aut in ipsius statione libros venales ponere, aut tenere, aut ab ipso emere ponat, ẽt omnes libros venales extrinsecus in euidenti loco conscriptos sub pœna sol.20.vniuersitati soluẽda pro quolibet libro quem non sicut scripsisset cum venalẽ haberet habeat etiam librum vnum in quo scripti sint omnes libri cum suis intersignis venales cum nomine vẽditoris, & quantitate precij non per cifras,sed per litteras claras requisitus a scholare uolenti emere nomen uenditoris manifestare teneatur sub dicta pœna.

De mercede stationariorum. 25.

HAbeant stationarij librorum prædictorũ nomine suæ mercedis ab emptore, & venditore l b i, & ipsorum quolibet a tribus libris infra 6.denarios paruorũ pro qualibet libra, & abinde supra habeat pro qualibet lib.3.denarios.Nullus aũt scholaris,seu doctor vendens,vel emens omnes per se,vel alium pacto vel precio, vel alio quocũq; modo possit aliquid promittere stationario,nec ipse stationarius petere vltra formam præsentis statuti sub pœna periurij,& vltra dictam pœnam periurij stationarius in lib.4.condemnetur vniuersitati applicandas.Verũ tamen perfectis venditione,& emptione permittimus, vt volenti donare liceat quantum velit arbitrio suo.

De iuramento stationariorum. 26.

GEsta per stationes confirmantes.Statuimus,ꝙ si stationari⁹, vt supra iuratus,& assumptus, vel eius substitutus scholari uendiderit, vel concesserit aliquem librum inter eos pro precio inter eos conuento venditio ipsius,seu concessio facta plenã obtineat firmitatem.Ita tamen,quod si postea venditor libri dissentiat in precio ipse stationarius prædictum precium venditori supplere teneatur usq; ad quantitatem, quam venditor vẽdi iussisset

&

& si venditor fuerit scholaris super hoc eius cum uno teste sacramento stetur, & si dominus libri vendat librum qui sit apud stationarium, & priusquam a stationario mandatum reuocetur, & ipse stationarius vendat eundem librum venditio stationarij p̄ualeat. Verum si stationario mandatum sit vt uni uendat, & alteri vendiderit venditio illa nōn teneat, & ipse stationarius arbitrio rectoris puniatur, & de tali mandato iuramento scholaris mādantis stare uolumus. Volumus præterea q̄ venditio librorum furtiue abstractorum, vel alia via, & fraude subreptorum facta scholaribus, & doctoribus nostris per bidellum, & notarium nostrū, vel stationarios firma ualeat, & nullo p̄textu, aut exceptione retractari possit. Si tamē doctori, aut scholari nostræ vniuersitatis aliquis liber surreptus sit, vēditio illa nō ualeat, nisi facta sit palā in ipsis stationib. postquam per triduum steterit publice ī statione, & si liber uenalis p scolas nostras proclamatus sit, & nō aliter.

De taxatione petiarum. 27.

SEcundum taxationem studij Bonon. firmamus, quod petia constituatur ex sexdecim columnis quarum quælibet contineat 62. lineas, & quælibet linea literas 32.

Quod ligatores librorum teneantur dare fideiussionem rectori. 28.

OMnes librorū nostrorū ligatores infra x. dies post assump. caputei rectoratus, vel post si non fuerint requisiti rectori, & consiliarijs lib. quadringentarum pro quolibet dare teneātur, & sic quilibet, & miniator pro ea quātitate, quæ uidebitur rectori dare fideiussorem teneantur de saluandis, & fideliter restituendis libris qui sibi ligandi, vel miniandi tradentur, & doctoribus seu scholarib. nostris. & satisdare non uolēs priuatus denūcietur scholarium, & doctorum nostrorum comercio: nomina vero omnium stationariorum, & ligatorū qui satisdederint ut supra p notarium, & bidellum in suis stationib. sint descripta, & cū illis solis, & non alijs doctores, & scholares nostri negocientur.

Quod nullus creditor audeat recipere aliquod pignus uidelicet librum a scriptore. 29.

VOlumus fraudibus scriptorum prouidere. Statuētes, q̄ nullus creditor librum petiam, seu quinternū audeat, seu pos-

ſit a ſcriptore aliquo recipere quomodocunq; . Quod ſi fecerit, & creditum & pignus amittat,& ſi inſolutum recepiſſet reſtitue re teneatur, & certam pecuniam arbitrio rectoris ſoluere cõpellatur quum per tales fraudes quotidie ſcholares decipiantur.

Quod ſcriptores conueniantur coram rectore. 30.

IN omnibus litibus ciuilib. inter ſcholarẽ,ſeu ſcholares ex vna parte,& ſcriptorem,ſeu ſcriptores ex altera, & eorũ fideiuſſionem uertentibus fiat ſcholaribus,&doctoribus noſtris per rectorem rõ in hunc modum videlicet. Quod præſtito per ſcholarem corporaliter iuramẽto coram ſcholare, adhibeatur ſcholari ſine ſolennitate iudicij plena fides,&ſtatim teneatur rector ſcriptorẽ & fideiuſſorẽ detinere,& pignorare perſonaliter vſq; ad plenam ſatisfactionẽ,quam ſcholaris,ſeu doctor declarauerit nõ obſtante auxilio minoris ætatis,nec quod ſit filiusfamilias : nec aliqua exceptione iuris uel facti ſed in ſcholarib᷒,& fideiuſſorib.ſcholarium filijsfamilias,uel minorib.25.an.admittatur oĩs exceptio

De libris conducendis per ſcriptores,ut opus perficiant. 31.

STatuimus, quod nullus operas cuiuſcunq; ſcriptoris cõducere poſſit ſub pœna li.x.uniuerſitati applicãda,niſi ab ipſo ſcriptore corporale ſacramentum exigat,quod alicui noſtræ vniuerſitatis priuilegio gaudenti non ſit aſtrictus,aut obligatus ad præſtationem operarum niſi ſit tale opus quod inf.x. dies ualeat expedire,quod ẽt antequam aliud opus recipiat perficere teneatur, nec ſcholaris ſciens illum alteri ſcholari obligatum ſub eadẽ pœna aliquid opus ſcribendum dare quoquomodo præſumat niſi forte id faceret de cõſenſu eius cui ſupraſcriptus ſcriptor operá præſtare tenetur. Si quis aũt ſcriptor qui uni ſcholari, aut doctori noſtro ad ſcribendum eſt obligatus nondum finito opere, ad q̃ ſe obligaret aliud opus a quoq̃ ſcribendum accipiat,talis pdat totum id quod ſecundo ſcripſit,& ſi forte ille ſecundus iá ſoluerit poſſit,quod ſoluit ab eo repetere, vel ſequeſtrari facere ĩ manibus illius cui primo eſt obligatus,et poſtea finito, pri᷒ illo cui primo ſe obligauit compellatur proſequi opus ſecundo inceptũ uel incipere non inceptum ad quod ſcribendum ſe obligauit, & ſi neceſſarium rectori uidebitur intrudatur talis ſcriptor in carce

rem,

rem,& illuc ſtet donec illud compleuerit ad quod eſt obligatus. Scholaris vero vel ſcholaſtico priuilegio gaudens ſi cõduxerit operas alicuius priuati per rectorem, vel per ſtatuta, niſi poſt primam admonitionem deſtiterit, rector illum priuare, & per ſcholas priuatum denunciare facere teneatur. Scriptor aũt ſi contra ſacramentum mendax fuerit deprehenſus rector teneatur illum infra triduum a die notitiæ per ſcholas denunciari priuatum facere, nec poſſit reſtitui, niſi prius 6. lib. paruorum ſoluat, cuius pœnæ medietas ſit noſtræ vniuerſitatis, & alia medietas eius in cuiꝰ præiudicium mendacium factum fuerit. Adijcientes etiam vt ſi poſtquam ſcriptorem ſcholaris habuerit licentiã capiẽdi, aliquis prædictũ ſcriptorẽ præſumpſerit retinere, pęna ſimili puniatur. Ordinamus ẽt vt nullus ſcholaris poſſit cõducere, vel conductũ retinere aliquem famulum, vel famulam, ſeu ancillã contra volũtatem illius ſcholaris, ſeu doctoris cũ quo moram trahit, quãdiu cum illo moratur, ſub pœna lib. 50. vniuerſitati applicanda.

Quod iudei non poſſunt emere libros cauſa mercimonij. 32.

PRo cõi ſtudij vtilitate. Statuimus, ꝙ nullus iudæus poſſit librum aliquem ad noſtras facultates pertinentẽ mercimonij cã emere in hac noſtra ciuitate ſub pœna li. x. & nihilominus emptio ſit nulla. Adijcientes, ꝙ non obſtante decreto, aut cõſuetudine aliqua ipſi iudæi librum aliquem prædictorum emere nõ poſſint ſub pœna prædicta. Si quos vero ex prædictis libris uenales habent dare teneantur vendendos bidello noſtro vel ſtationarijs per rectorem & conſiliarios, vt ſupra ſtatutum eſt ad id officium aſſumendis, & ſi inuentum fuerit quod per alios quã per ſtationarios prædictos vendere procurauerint libros amittãt uenditos & penitus venditio retractetur, & precium emptori reſtituatur.

Quod rector, & conſiliarij habeant liberum arbitrium circa ſtationarios. 33.

ORdinamus, quod rector qui pro tempore fuerit cum conſiliarijs, vel ipſorum maiori parte habeant liberum arbitriũ circa ſtationarios, & ſcriptores librorũ in his, quæ ſtatutis declarata non ſunt ſtatuendi ordinandi prouidendi, quod eis melius videbitur expedire.

De

De statutis legistarum. 34.

COnfirmari petimus, quod si vniuersitati, & scholaribus iuristarum quomodocunq; concessum sit, aut in posterū concedetur statutū, vel priuilegium aliquod quod in volumine statutorum nostrorum non sit expressum, neq; illud repugnet alicui nostrorum statutorum, ꝙ vniuersitas nostra illo uti, & plenissime gaudere debeat, ac si in præsenti volumine statutorum contineretur, aut specialiter vniuersitati nostræ per Illustriss. Dom. concessum, & confirmatum esset.

Quod nullus audeat contra statuta quicquam opponere. 35.

AD maiorem statutorum, & priuilegiorum vniuersitatis firmitatem confirmandum statuimus, quod postquā præsentia statuta per Ill. D. fuerint cōfirmata nulli penitus liceat quicq̄ contra ea opponere, vel arrengare, ordinare, vel statuere, & si qcquam in præiudicium horum, vel eius impugnans decretū, uel obtentum fuerit nullam penitus habeat firmitatem.

Quod nulli contra iura vniuersitatis liceat palatium adire. 36.

STatuimus, ꝙ si quis adeo procax fuerit, quod contra iura vniuersitatis priuilegia, statuta, vel alias libertates maxime in palatio cōis Paduæ, uel in scholis, vel alio loco publico, vel priuato præsumpserit arrengare, proponere, vel allegare priuatus sit omni commodo, & honore studij, & vniuersitatis ita quod nullꝰ doctor, siue scholaris, & quicunq; alius scholastico priuilegio gaudens cum eo emptionem conductionem domorum uel aliū quēcunq; contractum per se, vel interpositam personam inire possit & ille talis arrēgans, vel allegans per scholas publicetur, & comertio scholarium interdicatur, & si doctor fuerit doctorū, & scholarium consortio sit priuatus. Ita vt ad nullum examen, uel lecturam seu honorem aliquē admitti, seu eligi possit. Si uero sit scholaris ad nullos honores priuate uel publice admittatur has pęnas doctor euitabit si ante condemnationem dies xx. scholaris vero decem illico vniuersitati soluerit simul, & interesse vniuersitatis, & damnum suum: post autem condemnationem doctor soluat lib. ducentas: scholaris uero centum ultra interesse, & damnum, quod omnino debet reseruari contra, quod statutum nihil proponi,

poni,seu gratia aliqua fieri possit.

De turbatoribus studii. 37.

ORdinamus ad studij,& vniuersitatis quietem, & cõtumaciam insolentiam,& superbiam comprimendam quod qcunq; fuerit turbator studij etiam vniuersitatis opponendo se ei quod confirmatum,& decretum esset per rectorem, & maiorẽ partem vniuersitatis,siue aperte, siue occulte, dummodo cõstet per probationes euidentes,vel præsumptiones per rectorem, & consiliarios approbandas,si fuerit doctor a salarijs, & omnibus uniuersitatis commodis repellatur:nunquam de cętero ad dictũ studium admittendus.Si fuerit scholaris periurus, & priuat⁹ per scholas publicetur.

Quod vniuersitas possit prouidere his quorum non sit mentio in statutis. 38.

QVoniam omnia exprimi,& scribi non possunt,& ea pręser tim quæ pro temporum uarietate,& occurrentium opportunitate in dies,& de nouo emergunt,& noua exigunt remedia, iccirco confirmandum duximus,quod in his quorum in statutis & priuilegijs nostris non sit mentio ipsa uniuersitas pro rerum exigentia habeat liberum,& generale arbitrium,& potestatẽ deliberandi,prouidendi,statuendi sicut ei videbitur expedire, & quicquid per vniuersitatem fuerit deliberatum,obtentũ: & ordinatum,ac prouisum plenissimam firmitatem obtineat,ac si in p̃senti uolumine statutorum per ipsos statutarios expressum esset & ab Illustriss.Venetiarum dominio cum reliquis statutis confirmatum.Quæ omnia locum habeant,dummodo quod obtentũ, & deliberatum sit non repugnet alicui statuto in præsenti uolumine contento,& quod non sit in præiudicium Illust.D.Venetiarum,& quod de illa re in uniuersitate proponenda prius per cõsiliarios, vt primo libro uisum est firmatum fuerit,& ad id obtinendum vniuersitas sit legitime conuocata,& congregata, & nõ aliter.

Quod statuta ad literam intelligantur. 39.

MAndamus, quod omni statuta sicut iacent ad literã ita seruentur, vt nec glosam,aut aliam extraneam interpretationem,

nem, aut ſenſum alienum ſuſcipiant. Verum ſi ſuper aliqua parte dubium oriretur illud rector aduocato ſapiente, & conſiliarijs declaret, & quod per duas partes omnium ipſorum declaratum & interpretatum fuerit habeat executionem: quod ſi in dicta interpretatione non conſenſerint ex quindecim eorum uocib⁹ ad minus x. tunc dubium ortum per aliquem iuriſconſultũ ad hoc per maiorem partem ipſorum cõſiliariorum electum decidatur, cuius interpretationi oẽs acquieſcere debeant. Declarantes, ꝙ talis interpretatio, & declaratio, ſiue facta ſit per duas partes conſiliariorum, ſiue ipſum iuriſconſultum, teneat ſolum in illo uno actu, & caſu ſuper quo oritur dubium, & non ultra extendatur. Nolumus.n. ut ex aliqua interpretatione fieri lex poſſit. Adijcientes, quod in ſtatutis concernentibus commodum, & utilitatẽ ſcolarium procedatur de ſimilibus ad ſimilia, & non ſecus.

Quod ſcholares uolentes diſcedere faciant fieri proclamationes in ſcholis. 40.

ITem uolumus, ꝙ ſi quis ſcholaris, uel doctor ſcholaſtico priuilegio gaudens vellet aliqua de cauſa ab hoc ſtudio recedere. Quod ſi rectoris conſenſu per bidellum in ſcholis, & locis cõſuetis publice proclamare fecerit ultra 5. dies a die proclamationis, vel præconizationis non audiri poſſit quam aliquo pacto de iure, vel de facto aliquo uolens impedire ſcholarem, aut res, & iter dummodo illis ſatisfecerint, vel cum illis cõcordauerint qui in termino comparuerunt.

Quod adſint feneratores in vrbe. 41.

QVoniam ſæpe contingit, ut qui procul a patria, & a parẽtib. uitam agunt, inopia rerum neceſſariarum laborant, confirmari petimus in præſenti uolumine ſtatutorum id quod in antiquis ſtatutis conceſſum fuiſſe conſtat, ut pro ſcholarium doctorũ cõmodis ne urgente neceſſitate libros, & eorum bona uẽdere cogantur adſint in ciuitate fęneratores qui ſcholaribus, & doctorib. noſtris pecuniam ſuper eorum pignoribus mutuent declarãtes, quod ipſi fęneratores teneãtur accipere loco pignoris libros & pecuniam mutuare ſecundum extimationem quam bidellus noſter ex conſilio alicuius doctoris legẽtis in ea facultate ad quã

libri

libri pertinuerint, ipsi vero fęneratores pro usuris non possint exigere vltra den. 4. paruorum pro libra immense.

De productione alicuius chyrographi. 42.

SI in aliqua causa coram rectore, vel consiliarijs agitãda alicuius chyrographum producatur, & illud ab eo qui scripsisse dicitur denegatur manu sũa scriptum esse, compelli debeat quibuscunq; remedijs ad petitionem eius cuius interest ad scribendum, & facta literarum comparatione si concordare inueniatur prædictum chyrographum admittatur, & in duplum condemnetur eius quod dicta scriptura ab eo denegata continebat. Dũmodo per comparationem literarum appareat eius manu scriptũm esse, nec requiratur appositio testium, vel temporis seu loci, seu causæ, neq; vlla alia exceptio admitti possit. Sed chyrographum illud plenam habeat fidem, & executionem dũmodo istud non sit factum ob turpem causam, aut dolose, vel violenter hoc vero statutum etiam locum habeat in alieno foro coram quocunque iudice in quacunq; causa vertente inter scholarem agentem, & alium quemcunq; non scholarem.

De statutorum dispensatione. 44.

SI ex necessaria cã expediens videretur alicuius statuti dispensatio, seu suspensio, aut contra aliquod statutũ gratia cuipiã facienda esset. Volumus, ꝙ nulla dispensatio, seu gratia ualeat, nisi hac forma ad vnguem seruata uidelicet quod prius de hoc facto scriptura in modum petitionis ponat, in actis, per notarium, & postea per rectorem, & consiliarios fiet super eos diligens examinatio, & si partito ad ballotas posito tres partes eorũ fuerint ĩ dispensatione concordes tunc per ipsos eligantur ex prudẽtioribus alij scholares 12. qui habeant conditiones ad consiliaratum requisitas, ita quod pro qualibet natione vnius illius nationis eligatur, & si aliq is habilis de aliqua natione non reperiatur, tunc per consiliarios de alio alterius nationis, vt ei videbitur suppleri possit, quibus omnibus simul congregatis si causa dispẽsationis proposita, & examinata super dispensatione, seu gratia facienda tres partes omnium ipsorum fuerint concordes: tũc liceat rectori, & consiliarijs super hoc vniuersitatem conuocare, & quod ad

minus per tres partes ipsius vniuersitatis obtentum,& declaratũ fuerit habeat executionem. Declarantes, ꝙ nulla dispensatio, aut gratia fieri, aut proponi vllo modo possit super illis statutis, quę dispensari non posse specialiter expressimus: nec de aliqua pęna pecuniaria relaxanda si uero alicui priuato aliqua gratia facienda sit. Petitio ut supra redigatur in scriptis, & si prædicta forma seruata sit, restituatur dũmodo pro restitutione uniuersitati soluat lib. xx. paruorum, facta uero non seruata forma huius statuti non valeant. Nec aliquo temporis spatio cõfirmetur, & si de forma huius statuti non fuerit oppositum. Declarantes, ꝙ nunquã duo statuta, aut duæ res, seu gratiæ simul dispensari possint. Dispensationes vero factæ seruatis prędictis solemnitatibus solum valeant quantum ad illum actum, nec ultra extendantur, & statutum dispensatum postea in suo robore maneat.

Quod fiant tria uolumina statutorum. 45.

PRæsentium omnium statutorum tria fiant volumina, quorũ vnum teneatur per rectorem, aliud per notarium vniuersitatis seu bidellum, tertium penes sapientem, seu sindicum vniuersitatis esse uolumus, originalium vero cum quo omnia corrigantur in capsa vniuersitatis seruari iubemus. Præcipientes ne quis rector notarius bidellus, seu quicũq; alius audeat detrahere supplere, maculare, vel quomodolibet uitiare, aliquod statutũ in voluminibus prædictis, descriptum & vltra pœnam periurij, & infamiæ incurrat pœnam 100. lib. quæ pro parte applicetur accusatori pro alia uniuersitati, & pro alia rectori, & aliud uolumen statutorum de eque bona litera sumptibus corruptoris fiat, & si non constat quis corruperit, vel maculauerit. Tunc fiat sumptib. vel rectoris, vel eius penes quem liber erat, ut in statuto supra de sindicis cõtinetur, & si esset aliquod dubiũ in scriptura tũc recurratur ad librũ in capsa positum, qui omnino semel in anno in ꝑsentia eorũ, qui habẽt alias claues uniuersitatis uideri dẽat per rectorẽ an fuerit maculatꝰ, uel falsificatus. Reliqua uero oĩa statuta, ꝗ in hoc volumine cõserta nõ sunt, omnino cassa & reuocata esse volumus. Ita tamẽ ꝙ nõ derogetur in aliquo priuilegijs, quæ prę ter hęc scholares, aut doct. nostri haberẽt, seu habebũt in futurũ.

De

De statutorum mutatione. 46.

DVbitari non pōt eam rempublicam dignitatē, ac vtilitatem facile cōsequi, quæ maturitate optimarū legū gubernatur, hinc nos, & collegæ nostri quos in principio nominauimus, cū nostri muneris, & officij memoriam aliquam pro cōi utilitate apud ordinē nostrum extare cuperemus, primū (ut in huius voluminis prohemio testati sumus) oēs leges scholasticas, & instituta quæ Ludouicus Podacatharus cum quarto ante hunc anno huic ordini vtilissime præesset summa diligētia, & ingenio cōposuisset diligētissime perscrutari sumus, eorumq; partem, & ordinē vt ipse ad oēs scholasticos vsus confecerat comprobauim⁹ aliqua correximus, & plurima pro temporū, & rerum varietate emergētia suppleuimus, & addidimus, & superiorum statutorū nostrorum ambages, & in rebus multis, & necessarijs deficientē, & inordinatam cōpositionem penitus substulimus, cum igitur hoc statutorum uolumē maxima diligentia, & maturitate conditum sit & in eo ad cōem omnium nostri ordinis dignitatem, & vtilitatē amplificandam omne studiū operam diligentiam fidem deniq; oēm penitus consumpserimus quæcunq; conscripta sunt veluti sancta inuiolabiliter, in oībus suis partib. custodiri, & seruari volumus, neq; ad 30. an. prox. ita vt ante dictū tempus nihil de his minui, cessari, mutari, reuocari, aut detrahi possit, sed oīa integra inuiolabilia firma, & inconcussa maneant, nec de ipsorū aliquo mutatione, cassatione, diminutione, aut reuocatione ꝓponi, aut tractari in vniuersitate, vel extra vniuersitatē quippiā possit a quocunq;, & quicquid obtentum firmatum, vel decretū esset nullam penitus habeat executionē elapso vero dicto termino 30. ann. & nullo mō ante, si pro temporum, & rerum exigentia videatur aliquid tollendū, corrigendum addendum seruetur hæc forma videlicet. Quod rector cōuocatis consiliarijs proponat de statutis, vel statutorū mutatione, vel correctione, & si ad id sapiēs, & vltra duæ partes verorum consiliariorum non substitutorū partito ad ballotas posito consenserint, tunc non in eadē, sed in alia die per consiliarios firmari possit, & tractari de vniuersitate ob hoc conuocanda, & postea vniuersitate cōgregata de tali correctione, &

mutatione tractetur,& si vltra rectorẽ, & cõsiliarios ad hoc tres partes vniuersitatis cõcordarent,tunc postea eligantur p vniuersitatẽ ex qualibet natione vnus qui in hoc studio in medicina ad minus per 2.an.cum dimidio studuerit,& hic uel alibi tpe debito in artib.& habeat reliquas conditiones in consiliario reqsitas, & in eorum propositione, & electione seruetur forma iã statuta in electione consiliariorum, & electionariorum declarantes, ꝙ nullus consiliarius possit in statutarium eligi dicta aũt tractatio, & statutariorum electio fiat,& celebretur de men.Decemb.cum vacationes Natiuit.D.qui statutarij nouem sic electi in aliquo loco cum Rectore,& sapiente conuenire teneantur quotidie horis deputatis,& videant seriatim oĩa statuta vniuersitatis, & si quid videbitur addendũ,diminuendum,mutandum,corrigẽdum , ꝓ temporum rerum, & consuetudine,& personarũ mutatione addant,corrigant,tollant,minuant vt eis videbitur, si vero inter se discordes essent ita vt super aliquo sententiarum paritas esset,tũc pars & sententia rectoris præualeat,quicquid aũt ordinarint,statuerint,& mutarint leges firmissimæ habeat vigorem , nec vnus statutarius possit alterum substituere.Declarantes, ꝙ inf.40.dies post eorum electionẽ teneantur quicquid eis uidebitur mutasse & statuisse,& quæ per eos statuta ordinata fuissent ab Ill.D.venetorum confirmata esse debeant infra dictum terminum aliter elapso dicto termino quicquid factum fuerit,vel confirmatum pro non facto habeatur,& ipsorum officium omnino expirasse intelligatur,prædictorum aũt statutariorum electione sic iuridice facta eorum nomina per scholas oẽs publicentur, & per bidellum proclametur, quod si cui occurrerit aliquod statutum de nouo vtile vniuersitati,vel interpretationem additionem mutationem vult inuenire statutarijs offerat in scriptis,vt aũt tempus mutationis,aut correctionis statutorum omnibus certum sit.Declaramꝰ hoc volumen confirmatum esse an.D.465.In quo vt prędiximꝰ pro cõi omnium vtilitate,& immortalibus erga nos huius ordinis beneficijs nullum laborem,aut incommodum cũ nostris collegis recusauimus.Statuẽtes,ꝙ si aliquis deinceps rector, vel aliꝰ coram rectore, uel alibi, vel corã prætoribus in iudicio uel extra,

aliquod

aliquod præſentis voluminis ſtatutum non tenere, vel iniquum fore propoſuerit, vel allegarit ipſo facto ſit priuatus oī commodo vniuerſitatis poſtquam fuerit ei per rectorem, uel ſapientem nunciatum, & contra eum tanquam turbatorem ſtudij procedatur additiones aūt, & mutationes quę fient elapſis an. 30. ſeruata forma, & ſolemnitate præſcripta, ſcribantur & annectantur in fine huius noſtri uoluminis, & non in principio, nec in medio ita vt non ſit neceſſe de præſentium ſtatutorum ſcriptura mutari, aut peruerti, & ſi quid aliter factum eſſet nullius ſit roboris, aut executionis. Quoniā autem ſtatutariorum laborem maximū eſſe ſumus experti, decernimus quod ipſi ſtatutarij collegæ noſtri & alij qui tempore debito, vt ſupra iuridice fuerint electi, & officio ſuo functi per triennium ad minus ſint immunes, & exempti, & liberi ab omnibus grauaminibus, & expenſis, & laborib9 quę imponerentur per vniuerſitatem, nec ad officium aliquod cogi poſſint, præſens vero ſtatutum in aliqua ſua parte nullatenus diſpenſari poſſit, nec de eius diſpenſatione quicquam per aliquem proponi, aut tractari poſſit ſub pœna priuationis, & lib. 25. & tamen quod contra obtentum, & diſpenſatum, aut reuocatum eſſet nō teneat, neq; ullam habeat executionē. Laus Deo. MCCCCLXV.

PADVAE.

CHriſtophorus Mauro Dei gratia Dux Venet. &c. Nobilib. & Sapientib. viris Andreæ Bernardo de ſuo mandato Poteſt. & Leonardo Contareno Cap. Paduæ, & ſucceſſorib. ſuis fidelib. dilectis ſalutē, & dilectionis affectū. Acceptis, & intellectis literis veſtris quib. dicitis in executione mandatorū noſtrorū examinare feciſſe ſtatuta uniuerſitatis Artiſt. & Medicorū nouiter reformata ſub ſp. D. Odomatheo de Vrbino Rectore pſente, q̄ nobis ſub bulla veſtra miſiſtis. Cōfiſi de pſentia veſtra, ea ſtatuta ut dixim9 reformata tenore pſentium, vt cōſuluiſtis ratificam9 & approbam9 mādantes ut eadē ſeruari faciatis. Reſeruato nobis tamē arbitrio & ptāte augendi, diminuēdi, corrigendi, & mutandi de tpe in tēpus qđ nobis cōueniēs uidebitur, & ea remittemus ſub dicta noſtra bulla, vt ea nobis miſiſtis, & has regiſtrari faciatis, & ex poſtea pſentanti reſtitui. Dat. in noſ. D. Pal. die 14. Mar. ind. 13. 1465.

NOVA STATVTA. 1496.

IN Christi nomine amē. Reformationes, seu correctione facta circa statuta. D. Artist. & Medicorum Pad. secundum exigētiā, & uariationem temporum, & rerum obtētæ per Mag. D. Leonardum Vbriacum Veronensem rectorem. D. Sapientem, & cōsiliarios ex unaquaq; natione ad hoc specialiter electos. I.

PRimos ne tota vniuersitas pereat, ac deinceps scholares periurij, atq; falsarij, & infames habeantur. Statuitur, quod vbicūque inuenitur pœna periurij in statutis. Loco periurij ponatur pœna 5. lib. & priuationis vocis per annum. II.

OB maximā scholarium multitudinē, & totius uniuersitatis cōmodum nostræ non mediocre quum unus bidellus oībus satisfacere nō possit. Statuitur, ꝙ ad cōem utilitatem doctorū & scholarium deinceps sint duo bidelli unus. s. generalis, & alter specialis. Generalis officium sit facere oīa, quæ continentur in statuto 52. Specialis uero bidelli officium sit scholas mundas tenere eas in mane, & ī sero claudere, & aperire. Cādelas in mane doctoribus, & scholarib. accendere. Rectorem in diebus festis sociare, ac publicis actib. semper interesse, & si aliquo casu contingerit bidellum generalē egrotare, aut propter bonum uniuersitatis ab urbe discedere teneatur, vsq; ad eius reditū officiū exercere. III.

QVum pro suorū laborū mercede premia digna unusquisq; consequi mereatur. Iusto uidetur ut bidellus generalis ter ī anno collectas suas faciat, & unusquisq; scholaris, tam patauus, quam forensis eidē 8. sol. pro singulis collectis soluere teneatur, & doctores ordinarij lib. 3. extraordinarij vero vnam pro qualibet collecta exbursare. De quibus bidellus specialis a generali ducat. 4. singulis collectis habere debeat, & ultra hoc a scholaribus doctoribus, uel in artibus, uel medicinis ipse bidellus specialis cappam, uel loco cappæ sol. 30. exigere possit. IIII.

VT nationes inquantum fieri potest adæquentur. Statutum est, ꝙ illiriori dalmati istri: ac sicuti in natione Vltramarinorum, seu Cypriorum sint. V.

Vide lib. 4. sup 4. NE furtim in alienis messibus manus imponatur. Volumus, quod nullus patauus, seu forensis officium aliquod, seu lectu-

ram

ćturam extraordinariam,ſeu ordinariam habere poſſit in noſtra vniuerſitate niſi ſit matriculatus.Intelligendo de his, qui ſtudue runt in hoc gimnaſio. VI.

QVum rectoratus officium in maximo honore ſemper habitum ſit.Iccirco declaramus,ꝙ non niſi a ſcholaribus bonæ famæ,& literatis talis dignitas quæri poſſit. Addentes,ꝙ ſi non fuerit ciuis alicuius ciuitatis, vel ſaltem caſtelli honorabilis nullo modo admitti poſſit. VII.

NE nouum aliquid efficiatur præter noſtri Ill. D. intentionẽ circa tempus eligendi rectores,& ſimiliter conficiẽdi rotuli in hoc ſicut,& in reliquis voluntas domini ſeruetur. VIII.

NE unuſquiſq; ita facile ad hanc dignitatem ſe intromittat, bonum uidetur, & quærens rectoratum habeat ballotari prius per totam bancam,& ſi ex 24.ballotis non habuerit ad minus ſex ſuffragia per vniuerſitatem ballotari non poſſit. IX.

IVſtum eſt in ballotatione conſiliariorum,& electionariorũ in vnaquaq; natione rector hẽat vnũ ſuffragiũ ĩ ſua vero duo. X.

STatuitur,quod quando rector ſevoluerit abſentare a ciuitate patauina debeat ſubſtituere vice rectorem idoneum bonę famæ,& ſaltem doctorem in artibus. XI.

NE ſcholares in tam libera ciuitate violẽtari poſſint ſtatuitur, quod tam pataui, quam forenſes non ſubiecti uniuerſitati noſtræ impedientes ſcholares ne accedant ad ballotationem debeant incurrere pœnam lib. 100.& ſi quis ſcholaris inuent⁹ fuerit clauſus in aliqua domo patronus dictæ domus tũc temporis dictam domum habitans debeat incurrere in pœnam duc. 50.& incarcerari per menſem ſi uero fuerit ſubiectus vniuerſitati noſtræ puniatur ſecundum formam ſtatuti. XII.

QVod poſt 4.dies a ballotatione nouiter electi rector cõuocata vniuerſitate cum debitis ſolemnitatibus dẽat eligere vnũ ſapientem,& duos conſiliarios ex unaquaq; natione,& iſti ballotationi debeant intereſſe prætores, vel ſaltem vnus eorũ propter ſcandala euitanda.Addentes tamẽ ne ſtudium ſit in cõtinuis practicis,quod prædicti ſapiens,& conſiliarij durẽt per annũ. XIII.

NE vniuerſitatis bona, ſeu pecuniæ deripiantur. Statuitur, ꝙ

Vide lib.4. super 57. eligatur tempore electionis consiliariorum unus massarius q̃ sit scholaris patauus, & matriculatus, & studuerit medicinæ saltem per annum qui teneatur dare fideiussionem duc. 50. & si non inueniretur scholaris patauus eligatur forensis cum prædictis conditionib. Qui massarius habeat ministrare introitus, & pecunias vniuersitatis, & debeat exbursare dictam pecuniam rectoris sapientis, & maioris partis consiliariorum dummodo expendatur pro commodo, & vtilitate totius vniuersitatis teneatur etiam bis in anno rationes reddere prædictarum pecuniarum prędictis D. rectori sapienti, & consiliarijs, & si nō iuste distribuerit teneatur in duplo pro sua, aūt mercede, siue fuerit patauus, siue forensis hēat unam uocem ad rectoratum, & similiter in unaquaq; lecturi ballotanda habeat etiam 4. par. pecuniarum ex maleficijs deuenientium ad uniuersitatem, & habeat primum locum post sapiētem. Prædictum autem massarius ballotetur per totam vniuersitatem, & unus non possit quærere, nisi de biennio in biennium.

Circa secundum volumen. XV.

VT in ballotandis lecturis omnis cōfusio tollatur talis seruetur ordo. Videlicet quod nullus possit dare vocē in logica, nisi publice intrauerit aīo studendi ad minus per 5. men. ante in logica, & non possit ballotare in dictis lecturis de logica, nisi per 3. an. A tribus vero annis supra debeat ballotare in philosophia dummodo intrauerit, & studuerit in dicta facultate. Si quis vero in medicina suam uocem dare uoluerit saltem debeat intrasse ī medicinis per 5. men. ante ballotationem. Addito hoc quod nullo modo intrauerit cum aliquo extraordinariorum legentiū philosophiam per dictum tempus quinque mensium. XV.

STatuitur, ꝙ ballotentur lecturæ sigillatim, & absq; cōfusione seruando ordinem consuetum in lecturis de medicina sicut ponitur ī statuto 68. Postea ballotetur theologia, dehinc metaphisica, deinceps philosophia moralis, demū astrologia, q̃ ballotentur per scholares philosophiæ, & medicinæ sicut semp fuit consuetudo, postea ballotetur ordinaria philosophiæ, postea extraordinaria, q̃ per solos philosophos ballotentur. Dehinc sophistaria. Dehinc legentes tex. Aris. ultimo loco rhetorica, & lectura

grege,

grege, quæ ballotentur per totum corpus uniuersitatis. XVI.

PRo scholasticorũ libertate amplificanda. Volumus, q͂ oẽs lecturæ ballotari debeant sicut semper obseruatum fuit in hoc celeberrimo gymnasio, sed de gratia speciali excipiatur primo ꝑsona magistri Io. de Aquila. M. Hier. de Turre. M. Gabrielis Zerbi. M. Petri Trapolini. M. Petri de Mantua. M. Aug. Suess. M. Benedicti de Triaca, & M. Nicoleti, & de cætero oẽs ballotari teneãtur, siue ordinarij, siue extraordinarij existant sub pœna ꝓtoribꝰ. 25. lib. & in eandem pœnam similiter rector incurrat. XVII.

VT suis lectionibus unusquisq; omni diligentia incumbat. Statuimus, q͂ si aliquis doctor deputatus fuerit ad legendũ aliquam lecturam non possit legere lectionem ad quam deputatus fuerit aliꝰ doctor, & hoc neq; publice, neq; priuatim sub pœna salarij duorum mensium. Cuius medietas sit cameræ fiscalis, & medietas uniuersitatis. XVIII.

STatuatur, q͂ si quis publice in scholis disputationẽ facere uoluerit, Teneatur rectori dare unum par cyrotecarũ precij sol. 20. & similiter sapiẽti vnũ par sol. x. e bidel. 57. ꝓ quol. die. XIX.

VOlumus, q͂ deputati ad legendum theologiam vnus legat secundũ viam S. Tho. alter secũdum viam Sco. Et similiter deputati ad metaphisicam, deputati uero ad sophistariã teneantur legere logicam Pauli Veneti qõnes strodi cũ dubijs Pauli pergulensis, & pro tertia lectione regulas, seu sophismata tis beri. Deputati uero ad alias lectiones de mane teneatur legere textus Arist. videlicet pro 1. lect. totam artem veterem, pro 2. lib. priorũ pro 3. lib. posteriorum. XX.

Circa tertium volumen.

NE scholares tanquam iudęi, & infames expellantur. Confirmari petimus ut prædicti scholares possint habitare, & cõducere vnamquamq; domum dummodo talis domus fuerit locanda nõ obst. q͂ talis domus fuerit vendita cum hac cõditione, q͂ scholares eam habitare non possint, & propter hoc patronꝰ dictæ domus non incurrat aliquam pœnam, & oẽs clausulæ positę in talibus instrumentis, seu uenditionibus attinentes ad istã partem, quod scholares dictas domus habitare non possint, sint cas-

ſæ uanæ,& irritæ,& nihil concludentes. XXI.

PRo omni commodo ſtatuitur, quod ſcholares nolentes ꝓſequenti anno domum in qua habitant recõducere, teneantur dictam domum tpe debito. Videlicet in feſto, uel ante feſtũ B.V. de men. Septemb. patrono refutare, & hoc ſaltem præſente vno teſte. Aliter intelligitur reconducta uel ſi patronũ inuenire non poterit affigat præſcriptionem inforibus dictæ domus, quæ poſſit a prætereuntibus legi, & bene, & commode uideri. XXII.

QVum ſit unuſquiſq; in ueneratione diuinæ maieſtatis, ac ſuorum ſanctorum promptus, & ſedulus eſſe debeat ꝓ honore totius uniuerſitatis noſtræ, ac ciuitatis uolumus, ſub pœna 5. lib. ut unuſquiſq; ſcholaris teneatur ſingulis annis uenire perſonaliter ad proceſſiones, & in die corporis Chriſti, & ſimiliter ĩ die D. Antonij de Padua, & eorum locus ſit immediatæ poſt doctores collegij. XXIII.

VLtimo loco petimus quum ſtatuta noſtra antiqua uſq; ad præſens tempus ſanctisſime obſeruata ſint omnia etiã impoſterum inuiolata, ac illeſa obſeruentur ita ꝙ per 30. an. proxime futuros confirmata intelligantur. His duntaxat exceptis quibus hæ nouæ correctiones, ſeu reformationes noſtræ, quas etiã confirmari petimus, contradixerint.

AVguſtinus Barbadico Dei gratia dux Venet. &c. Nobilibus, & ſapientib. viris Hier. Vendramino Poteſt. & Dominico marica pitaneo paduæ, & ſucceſſoribus ſuis fidelib. dilectis ſalutẽ, & dilectionis affectum. Accepimus literas noſtras diei 25. Iun. nuperrime elapſi una cum reformationibus, ſeu correctionib. factis circa ſtatuta Artiſt. & Medicorum iſtius gymnaſii audiuimusq; ſuper illis ſpect. D. Leonardum ubriacum ciuem noſtrum Veronenſem rectorem. quas quidẽ reformationes, & correctiones cum uniuerſo collegio noſtro laudauimus, approbauimus, et confirmauimus cum illis correctionib. per uos factis ſuper duobus illis capitulis, quæ uidebitis in parte cancellata, & aptata fuiße per unum quorum fit mentio de lecturis, & doctoribus legentibus ballotandis, circa quod intendimus ſeruari debere antiqua ſtatuta conſuetudines, & decreta ducalia cum conſiliis noſtris. In altero antem fit mentio, ꝙ vnuſquiſq; ſcholaris ſingulis quibuſq; annis teneatur

neatur sub pœna lib. 5. accedere ad processiones, quæ fiunt in dieb. corporis Christi, & D. Antonij, id tanquam optime factum placet sicut aptatum, & correctum est, iubẽtes ut reformationes, & correctiones prædictas sic per nos, ut supra in illis duob. capitulis correctas, & aptatas quas his inclusas ad uos remittimus, obseruetis, faciatis ab omnib. inuiolabiliter, & ad unguem obseruari. Declarantes, quod quũ. D. Io. de Seledo bona nostra uenia acceßerit medicus in Alexandriam non subiaceat ballotationibus pro lectura sua quousq; ibi steterit, & absẽs ibi fuerit. Has autem nostras ad futurorum memoriam registrari facite, & registratas præsentanti restituitæ.

Dat. in nostro duc. Pal. die x. Iul. ind. 14. 1496.



Vm omnia, quæ a uatura perficiũtur, continuis mutationis subiecta sint hæc generari illa corrumpi, hæc oriri, illa occidere, hæc crescere illa, minui, deniq; omnia perpetuo transmutationis cursu uariari uideantur, solẽ, lunam, omniaq; astra, & si eadem semper remaneant, nõ tamen in eadem saltem semper situs figura persistunt admiratione dignum censendum non est, siq; a nobis acta sunt, uariari pariter contingant, Quandoquidem illa, quæ ab uno optimo constantiq; agentem genita, austa, gubernataq; sunt, et si spetie æterna sunt indiuiduorũ, attamen successione mutari oportet, nostra autem ab agente caduco, & tãquam illius simulacro facta, Quid mirum si uariari necesse sit? Neq; n. quum ea, quæ a prædecessoribus nostris pro Rep. nostra statuta fuere iusta sanctaq; sint ea recognoscenda duximus. Sed hac præcipue rerum successionis ratione edocti, & accedẽtibus maxime ad hoc Illust. ac incliti D. N. Venet. æquissimis monitis, ac mãdatis. Nos Bernardus de Soldatis de Mugla almæ philosophorum, ac medicorum gymnasii Patauini uniuersitatis rector Iacobus Antonius Quartus Monopolitanus Apulus Sapiens Girlandus Xarrabba Siculus Agrigẽtinus de natione ultramarinorum, Paulus Iulianus Veronensis de natione Marchiæ Taruisinæ, Aloysius Bellacatus, Brixianus pro natione Lõbardorum, Lutius Thomasius Brandusinus de natione Romanorũ, Marcus Senensis de Mugla pro natione Thuscorum Io. Aug. Capalla de Salutijs pro natione ultramontanorum, Io. de S. Elpigio Luponẽsis de Marchia Anconitana statutarij 3. no. aprilis anni præsentis ab uniuersita

te nostra electi adhæc peragenda uisis, & ea qua potuimus diligentia examinatis omnibus uniuersitatis nostræ, legibus quarum quasdã, & si sanctæ iustæq; sint, in abusum tamen tedẽtes temporum iniuria pristino statui restituendas duximus, alias horum temporum usui minus commodas correximus, quædamq; ipsis addẽda arbitrati fuimus. Eaq; omnia insignium philosophorum Marci Minio, Marini Georgij D. ac Gasparis Contareni Patauini Gymnasii instauratorum Clarissimorum examini subiecimus. Deinde inconcussæ Illustris. Du. Do. nostri Sanctioni offerenda peroptauimus, quæ si, ut nobis sibi bona fore uisa fuerint, de speciali gratia, authoritate sua roboranda firmanda, ac stabilienda uniuersitatis suæ de uotæ nomine supplicamus, quòd infinita sua freti clementia consecuturos speramus quibus suam hanc uniuersitatem nosq; commendatos esse cupimus.

Datum, & actum Pataui in academia nostra 5. id. maius. 1531.

Super 4. cap. De ciuibus Paduanis matriculandis.

OMni in rep. rõni consentaneum esse censentes, ut quisq; ali quod ex earum muneribus, aut officijs consequi intendẽs earum ciuiũ numero prius aggregaretur; statuimus Patauũ nullum officia aliqua, dignitates, uel prærogatiuas, ad quæ ex forma statutorũ nostrorũ, aut scolarium nomine admitti possunt, petere, proponi, aut ad ea, uel ad eas eligi, uel admitti posse, nisi cõtinue publice artib. nostris incũbat, intraueritq; ac intret; & nisi saltẽ per mensem ante in matricula nostra descriptus reperiatur.

Super 10. c. De oppositionibus faciendis in electione rectoris.

LOngo usu compertum est, nihil magis munera, ac officia nostra perturbare, quàm cõfusionem, & clamorem Quòd maxime inconuenire uidentes, vtq; omnia acta nostra quiete, & sine molestia perfici possint, Statuimus, q in die D. Mariæ Magdalenæ bis, & in die S. Iacobi bis; rector, & consiliarij una cũ sapiente, sedere debeant in palatio, pro tribunali nostro, audituri quascunq; oppositiones, quas aliquis scholaris noster facere voluerit contra ipsos sapientem, & consiliarios, de habilitate, uel inhabilitate consiliariatus, uel sapientiatus. In quibus audiendis, ac decidendis talis seruetur ordo videlicet.

Quòd per diem ante dictum festum D. M. Magdalenę, qua legetur,

getur, per bidellum in ſcholis publice proclametur, ꝙ talib. diebus rector una cum ſapiente, ac conſiliarijs ſedebũt ut ſup. oppoſitiones, ipſis ſapiente, & conſiliarijs faciendas audituri, & terminaturi. Quibus diebus elapſis nulla admittetur, neq; audietur oppoſitio. Vt autem omnis cauillatio quoad fieri põt, tollatur, quilibet, qui opponere uoluerit, tam conſiliario, quam ſapienti, tantum uni opponat, & primo antequã audiatur aliqua oppoſitio, dictus opponens deponat pignus penes notarium noſtrũ, lib. 5. pro quacunq; oppoſitione. Et ſi per rectorem, & reliquos conſiliarios, & ſapientem, uel eorum maiorem partem iudicatum fuerit dictam oppoſitionem eſſe ualidam, dictus opponens ſuũ eleuet pignus, q, ſi iudicatum fuerit oppoſitionem ipſam eſſe inualidam, & indebitam, amittat, & uniuerſitati applicetur, Et ſic ſeruetur de ſingulo in ſingulum, cui opponi intenderetur, nec aliquo modo poſſit omnibus conſiliarijs ſimul opponi, & ſi oppoſitum fuiſſet, oppoſitio non admittatur.

Pro oppoſitionibus aũt faciendis ſcholaribus pro ballotatione ſequenti teneatur rector noſter una cum ſapiẽte, ac cõſiliarijs ſingulo anno ante diem ballotationis ſui ſucceſſoris per 6. dies continuos immediate antecedentes ſedere, ut ſupra, audituri, & deciſuri oppoſitiones faciendas ſcholaribus, vocem dare intẽdẽtibus in electione noui rectoris, quas decidere debeãt de plano, ſine ſtrepitu, ac figura iudicij, nulla fori ſeruata forma, ſub hac forma uidelicet, quod in die immediate antecedenti, dictos ſex dies, qua legetur Bidellꝰ noſter ad requiſitionẽ. cuiuslibet noſtri ſcholaris, & non alterius perſonæ, teneatur in ſcholis omnibus Doctoribus legentibus publicare nomina omnium ſcholarium, quibus opponi intenditur, hoc modo. Ex parte M.D.N. rectoris præcipitur omnibus ſcholaribus quos nominabo quatenus die 27. inſtantis menſis, & reliquis ſucceſſiuis 5. dieb. coram præfato M.D. Rectore Sapiente. & conſiliarijs in palatio ad eorũ iuris bancum compareant ad ſe tuendum ab oppoſitionibus, quas cõtra ipſum, uel ipſos talis, uel tales ſcholares facere intendunt, aliter ipſis non comparentibus procedetur contra ipſos tanquã cõtra contumaces, ſimileq; mandatum cum nominibus eorũ, quibus

bus opponi intenditur, ſcriptum manu notarij noſtri affigatur ualuis ſcholarũ,& aromatariarum ſolitarum in dicta met die.

Quòd ſi cui intra dictos 6.dies,& nõ ultra occurrerit aliqua noua oppoſitio facienda, ꝙ ad requiſitionem opponere uolentis, ille,uel illi,quibus opponendum erit citetur, aut citentur in ſcolis ſi legetur,& ad domum ſolitæ habitationis, aut perſonaliter, ſemel tantum,ſi aũt tali die non legeretur citetur perſonaliter ſemel tantum,aut bis ad ſolitam habitationẽ ſub forma ſupraſcripta oretenus tantum,& non in ſcriptis per bidellum noſtrũ.qui D.rector Sap.& conſil.infra 6.dies dictos expediſſe debeant dictas oẽs oppoſitiones,aut abſoluendo,aut condemnãdo, vel caſſando.partito inter ipſos ad ballotas poſito,ex quorum ſentẽtijs appellari poſſit,ut infra ſtatuitur.In die aũt ballotationis cũ uniuerſitas congregata eſt,nequaquam alicui ſcholari apponi poſſit pœna opponenti priuationis uocis per annum,& lib.50. uniuerſitati noſtræ applicandarum pro dimidia,pro alia dimidia rectori,ſed notarius noſter hẽat in ſcriptis nomina eorum, q priuati fuerunt uoce,aut cõdemnati,& qui nõ ſoluerint,aut ſatisfecerint ꝓ cõdemnatione,quæ legat bidellusq; alta uoce ꝓclamet.Imponendo eis priuatis,&c.ut ſup.pœnam lib.25.applic.ut ſupra, & priuationis uocis per 1.an.ultra tempus,quo priuati eſſent uoce & condemnationis duplicationis pœnæ,ꝙ ſtatim exeant locum vbi ballotatur. Recuſantesq; vrbis præſidens ꝑ miniſtros ſuos in carceribus conijciant,in quibus detineantur, donec vniuersũ debitum perſoluerint,neq; talis priuatus,aut condemnatꝰ ea die aliquo modo audiri poſſit,etiam ꝙ cauſam legitimam vel abſentiæ,uel aliam ſimilem allegare intenderet, ſed excludatur ut ſupra,& eius excuſatio audienda differatur ad aliam audientiã dãdam pro oppoſitionibus faciendis in ballotatione lecturarum.

Die autem,q́ aſſumpſerit caputeum, nouus rector fieri faciat mandatum,quod aſſignatur ualuis ſcholarum, & aromatariarũ manu notarij noſtri talis tenoris,ꝙ oẽs ſcholares noſtri,qui caſſi aut priuati,uel cõdemnati nõ fuere, & qui condemnationi ſatiſfecerint,in oppoſitionib.factis pro ballotatione rectoris,aut qui cãm legitimam aliquam pro ſua defenſione allegare uolunt die

craſtina,

craſtina,& ſubſequentibus quibus rector cum ſap.& cõſiliarijs, ut infra ſtatuitur,ſedebit,ut ſupra coram eis compareant ad dicendum,in qua lectura ballotare intendunt, ad ſuas cás allegandum,&c.aliter non comparentes aliquo modo non admittẽtur, ad aliquam ballotationem lecturæ alicuius,rector autem cum ſapientes, & conſiliarijs die ſequenti dictam aſſumptionem caputei,& alijs tribus dieb.ſequentibus ſedeant ut ſupra , & audiant ſcholares.intendentes ſuffragari in qua lectura uoluerint, & oppoſitiones,quæ ſibi fierent decidant, & ipſum , vel ipſos caſſent condemnent , aut admittant iuxta id ꝙ rationi ſibi conſentaneũ fore viſum fuerit,ſeruata forma ſupraſcripta. In die autem taliũ ballotationum nullus ſuffragari,nec intereſſe poſſit,ſub pęna ſupraſcr pta niſi qui admiſſus fuerit,ut ſupra, nec aliqua cauſa etiã legitime audiri poſſit pro illo acto,uel actibus.

Declarantes,ꝙ nullus opponere,aut defendere poſſit, niſi fuerit uniuerſitati noſtrę ſubiectus,& qui condemnatus,uel priuat⁹ non fuerit,neq; in talibus oppoſitionibus audiendis,decidendis vel iudicandis rectores , ut bis aliquo modo ſe ingerere poſſint ĩ prima inſtantia,ſed eas executioni mandent.verum ſi quis ſcholaris voluerit appellare a ſententia rectoris,& cõſiliariorũ , quod fuerit facta contra ſtatuta,& bonas conſuetudines, teneantur ſtatim poſt latam ſententiam interponere appellationem in ſcriptis ad D.Recto.urbis.quam præfati rectores urbis teneantur expedire ante diem ballotationis rectoris vrbis non poſſit audire,neque iudicare,neq; decidere ſuper huiuſmodi appellationib⁹,ſed executioni mandent ſententiam rectoris,& conſiliariorum.

Super 11.c.de electione noui Rectoris.

MVltoties euenire ſolet,ꝙ aliqui malitioſe errantes velamine ignorantiæ,eorum commiſſa tegere conantur, ꝙ maxime facere poſſe arbitrantur , cum ſtatuta circa id diſponentia nõ habentur.Quia de re ad omnem aberrandi occaſionem auferendam,ſtatuimus quod rector noſter nõ obſt.aliquo in contrariũ, cum effectu procurare debeat,ꝙ in die 2.Aug.eius ſucceſſor eligatur ipſeq; nou⁹ rector 15.aug. caputeum aſſumpſiſſe teneatur ſub pœnis in antiquis ſtatutis de aſſumptione caputei,ſub diſponen-

nentibus contentis,& ꝙ quotieſcunq; dicta de cã uel alia quauis contigerit uniuerſitatem noſtram congregari, ꝙ requiratur præſentia clariſſ.D.rectorum vrbis, vel eorũ alterius, dicti rectores, vel ſaltem unus eorum teneatur intereſſe,& nullo modo recuſare poſſint,& in die electionis rectoris, & eius officio durãte nullus audeat ipſum rectorem moleſtare,nec in perſona,nec in reb. ſuis,ſub pœna contenta in ſtatuto, de pœna iniurianti rectori.

Super 12.c.Quod nullus intereſſe poſſit conſilijs uniuerſitatis.

STatuto cautum fuerat, ꝙ nullus in uniuerſitate noſtra ſtare poſſit.quando per ipſam aliquod negocium pertractatur, niſi ſcholares vocem dare habiles,ac officiales noſtri,tamen viſum eſt quod vt plurimum,vltra Mag.vrbis Præſides,rectorũ noſtrũ ac ſcholares,& officiales noſtros,plures alij in ea remanent,ꝙ nihil aliud,q̃ confuſionem parere ſolet,ideo firmiter. ac efficaciter ſtatuitur,ꝙ dictum ſtatutum obſeruetur,& addatur pœna li. 50. pro dimidia applicamus cameræ Phiſcali. pro alia dimidia vniuerſitati noſtræ,quibuſcunq; in dicta uniuerſitate noſtra ſtantibus,cuiuſcunq; conditionis,gradus,dignitatis, aut officij exiſtãt exceptis Clariſſ.Rectoribus vrbis ac noſtræ,una cum ſcholarib⁹ ac officialibus noſtris,qui vocem dare poſſunt.& ſeruire habẽt. Hoc autem ſtatutum legatur antequam ad aliquem actũ exequẽdum procedatur,in omni congregatione vniuerſitatis.

Super 19.c.quæ facienda ſunt a rectore in die aſſumptionis caputei.

NE ambiguum remaneat quid facere debeat rector noſter in die aſſumptionis caputei,quia ſtatutum dicit,ꝙ fieri faciat haſtiludia,mõ in eo contento,& conſuetudine iam hoc ablatum fuerit,ideo uolentes decernere quidnam præualere dẽat, an ſtatutum.ſ.an conſuetudo, ſtatuitur ꝙ conſuetudo hactenus obſeruata præualeat in hoc caſu uidelicet dando baculos, & chirothecas,& fiat collatio publice, & nullo mõ haſtiludia facere teneatur,nec ab aliquibus hoſtiarijs D.rectorum,aut æquitib.vel conteſtabilibus,aut officialibus,aut datiarijs cogi ad aliquid ſibi dandum rector poſſit in tempore electionis eius,nec alio tẽpore,ſed ſit i facultate rectoris,ſi ex liberalitate ſua aliquid dare uoluerit. Eligatq; ſibi rector noſter quos tibicines, uel tubicines uoluerit

in

in omni actu publico per ipsum faciẽdo, vt in electione, præsentatione, æquitatione, assumptione caputei, processionib. & alijs, nec aliquo modo teneatur hunc uel illum tubicinem, uel tubicines habere, dummodo habeat aliquos sufficientes in dictis actibus, sed electio eorum stet in eius arbitrio.

Super 21. primi, & 19. secundi li. quæ teneantur facere doctores legentes, & pœna eis imposita si officio defuerint.

PRopter aliquorum in curiam multa contra statuta nostra introducta fuere, Quæ & si sanctæ, & inuiolabiliter obseruari deberẽt, tñ in abolitũ trãsire uisa sunt, in maximũ scholarium dãnum, cumq; ex ijs, quæ in dissuetudinem transire sint hæc duo statuta. s. 21. primi lib. & 19. secundi, quorum utilitas. Cæterorũ omnium utilitati præponenda est, ob id statuitur, ꝙ illa statuta ĩtegræ obseruẽtur. quibus disponitur ꝙ omnes doct. legentes quicunq; sint, teneantur ad circulos pro scholarium utilitate accedere a principio studij, vsq; ad festum Pasch. Resur. bisq; aut semel in ea facultate, in qua legũt quolibet anno super lectionib. lectis publice disputare, sub pœna in statutis contenta, incipiẽdo a principio studij, usq; ad uacationes magnas exclusiuæ. Contumaces autem bidellus noster punctare teneatur, sub pœna li. 21. vniuersitati nostræ applicandarum pro dimidia, pro alia dimidia accusatori, & sub pœna priuationis officij immediate, nec aliqua rõne, vel excusatione possit liberari, nisi iudicata legitima per duas partes trium partium consiliariorum, & rectorem, ꝓ quolibet contumacem non punctato, & pro qualibet uice, eorũq; uel eiꝰ nomina cum numero, & qualitatem cõtumacie. Rectori nostro p̄sentare debeant in scriptis, qui rector sub pœna duc. x. appli. ut supra, teneatur singulo mense, ante finem mensis fieri facere vnũ mandatum per notarium, signatum sigillo nostro, in quo descriptæ sunt oẽs contumaciæ cum pœnis impositis. Quòd mandatũ massarius noster præsentare teneatur ante finem cuiuslibet mensis exactori salariorum, quo mandetur ipsis exactorib. ꝙ de salarijs dictorum doctorum contumacium retineat dictas pœnas & eas exburset massario nostro, quas partiatur, & dispẽset hoc mõ uidelicet medietatem rectori nostro, aliam medietatem retineat

ipſe pro uniuerſitatis commodo diſpenſandum,& hoc idem ſer uatur dę punctuatis faciendis doctoribus qui omittunt legere, aut non legunt horis,& tempore debito.

Super 22.c.de commodis rectoris.

INtolerabiles expenſæ,ac multi labores quos rectores noſtri facere tenentur multos,ac ferme omnes ſcholares noſtros adeo deterruerunt,vt multoties nullus inueniatur, qui rectoratū adire audeat,& in hoc dies magis euenire videmus, adeo ꝙ niſi ſup inde cōſultum fuerit,ac opportune prouideatur, dubium eſt ne in futurum uniuerſitas noſtra ſine capite, ac rectore remaneat. ideo ſtatuitur, ꝙ rectores noſtri omnes in futurum habeāt a camera.fiſcali duc.100.in tempore electionis duc.50.cum acceptauerit alios duc.50.nec teneatur aliquid ſoluere alicui præterquā ea.& illis quæ hic annotata,ſunt uidelicet Mag.camer. duc.1.tibicinibus duc.1.collaterali duc.dimidium, miniſtris cameræ loco chirothecarum,& baculorum duc.1.cancellario duc.dimidiū & zaffis duc.dimidium.

Teneāturq; doct.collegij Patauini ipſi rectori gratis dare gradum.& conuentum in una facultate uidelicet uel in artibus, uel medicina,ſine aliqua prorſus ſolutione, uel expenſa tā pro Reuer.Epiſ.collegio.Cancellarijs,promotoribus,& bidellis, prout ſeruatur in conuentu,quem hactenus habuit.Cæterum alterum conuentum teneatur exhibere ipſi rectori,ſi recte ſe geſſerit.

Et hoc uel in fine eius officij, uel ſaltem poſtquam in dicto officio per men.8.perſeuerauerit,& non antea.

Super 23.c.quibus Rector poſſit dare licentiam ferendi arma.

POſſit rector cū ſocijs ſuis duobus,& famulis maſſario vniuerſitatis ſi bidello generali libere & impune de die ac de nocte cum lumine ac ſine lumine p ciuitatē, & comitatu Pad. portare arma offenſibilia,& defenſibilia. Quòd poſſint ſing. p̄dictorum ſimul,aut ſeparatim ire ſine rectore dummodo ſocij p̄dicti,& famuli cōtinuo licentiā rectoris,ī ſcriptis,ſecum hēant,ut executio officij rectorat⁹,& eorum q̄ decurrunt hoc exigat,& expoſcat & maxime in ijs,q̄ celeritatē deſiderant in quibus ptātis familia tā prompta haberi non poterit,quam celeritas exigat,& exquirat.

Super

Super 53.c.de salario Bidelli.

AEqualitatem inter ministros D.iurist.ac nostros seruari iustum esse censentes, cum bidellus generalis D. iuristarum quolibet anno habeat pro eius salario a camera duc.li.xl. noster autem xx.statuitur, ꝙ bidellus noster generalis habere debeat tãtum quantum habet, vel habebit dictus bidellus iuristarum.

Super 55.c.De officio notarij.

CVpientes res uniuersitatis nostræ quantum possibile est ordinate procedere, utq; ea, quæ sub uno rectore acta sunt, alij successores a facile uideri possint. Primo statuitur, ꝙ notarius noster teneatur super quolibet libro partium, quę ponunt in vniuersitate, & consilio rectoris ordinate faciat unam tabulam, siue repertorium alphabeticum ordinatum de omnibus partibus, & deliberationibus, quæ fiunt in dies, ad hoc, ut quærenti aliquid videre, facilis fiat inuentio. In quacunq; autem ballotatione, tã rectoris, quàm cuiuscunq; eligendi, tam per uniuersitatẽ nostrã, quàm consiliarios teneatur adeo secrete, & occulte numerũ suffragiorum adnotare, ꝙ nemo possit eum videre, nisi tota ballotatione completa, ad quam conuentum fuerat in illo actu, sub pœna lib.25.uniuersitati pro dimidia appel. pro alia dimidia rectori, quæ nullo modo remitti possit.

Super 57. affictui scholæ posita apud ecclesiam S.Blasii esse uniuersitatis.

INtroitus vniuersitatis nostræ exiles recẽsuit. Statutũ 57. tamẽ in eo non fuit positus introitus, qui percipitur ex scholis vniuersitatis nostræ, q̃ sunt super angulo, iux.eccl.S. Blasii ex fornicibus constructę, quia forsan tũc nihil ex eis percipiebatur, iõ p̃senti statuto nunc dictos scholarum affictos addendos duxim⁹.

Super 2.lib.de eligendis doctoribus.

PLuribus statutis uniuersitatis nostræ scholarib. conceditur facultas omnimoda eligendi doct.omnes, qui in facultatib.nostris legere habent quibusdã duntaxat ordinarius exceptis. quos tunc vniuersitas nostra ob eorũ merita ab huiusmodi ballotationib.immunes esse statuit, demumq́; decretum alias in Excell. Rogatorum Senatu fuit de an.1518.& 1523.ꝙ dicta statuta no

ſtra obſeruarentur hoc modo videlicet, ꝙ exceptis duabus lectu ris ordinarijs Theoricæ, duabus ordinarijs practicæ: ac duab⁹ or dinarijs philoſophiæ, omnes aliæ cuiuſcunq; generis exiſterent per ſcholares ballotarentur. Ideo volentes in omnibus (ſicut decens eſt) uoluntati dominij noſtri ſtatuta noſtra conformia eſſe, ſtatuitur ꝙ dictæ partes ſeruentur. ſ ꝙ omnes lecturę, illis ſex dũ taxat exceptis, de quibus ſupra meminimus, debeant quot annis ballotari per ſcholares iuxta formam ſtatutorum nequis aliqua cauſa, priuilegio, exemptione, aut immunitate ſibi conceſſa, aut quæ in futurum concederetur aut aucti ſalari iure allegato, cuiuſ cunq; conditionis exiſtat exceptis illis, qui a ſenatu fuiſſent con ducti, vel augumentum habuiſſent a ſenatu, poſſit ſe ab eiuſmo di ballotationibus immunem allegare.

De die quo conuocatur uniuerſitas pro ballotationibus.

TEneatur rector ſub pœna duc. 50. applicari pro dimidia ca meræ fiſcali, pro alia dimidia vniuerſitati poſt aſſumptionem caputei per dies 4. immediate ſequentes conuocari, & congregari facere uniuerſitatem pro dictis ballotationibus faciẽdis, quas ſub pœna prædicta fieri faciant, ſeruata forma ſtatutorum, & maxime huius ſtatuti.

De obligatione pro aſſumendo conuentu eorum, qui electi ſunt ad aliquam lecturam.

QVoniam autem conſuetum fuit, ꝙ unus ſcholaris artium, & medicinæ ad lecturam philoſophiæ moralis eligeretur, qui nihilominus teneretur gradum in artibus aſſumere, ſtatuto vero diſponitur, ꝙ ad dictam lecturam non poſſit aliquis eligi, qui ordinariam philoſophiæ non legerit, ꝙ uidetur contra conſuetudinem, quæ uſq; ad tempora illius ſtatuti conditi obſeruata fuit, nam ante, & poſt uſq; ad hæc tempora obſeruatum fuit, ꝙ ad eam eligeretur un⁹ ſcholaris vt ſupra, ideo ſtatuitur, ꝙ iux ta ipſam conſuetudinem ad dictam lecturam quilibet doctor in artibus, aut ſcholaris artium, & medicinæ, qui tempore debito ĩ artibus ſtuduerit, & ſaltem in hoc gymnaſio per an. 3. poſſit pro poni, & eligi dummodo dictus ſcholaris antequam incipiat legere, vel poſt intra menſem aſſumat gradum in artib. in hoc gim

naſio,

nasio, dummodo nullũ fiat præiudicium priuilegis collegij doctorum inclitæ ciuitatis Venetiarum.

NE scholares nostri, quorum multi a patria multum distant prohibeantur, & impediantur proponi ad lecturas, quia cogantur gradum in facultate, quam professuri sunt accipere, antequam legere incipiant; & ipsis non sit aliquando facultas in dicto tempore gradum ipsum accipiendi, propter multam distãtiã a patria. Statuitur, ꝙ quilibet scholaris, qui ad aliquam lecturã electus fuerit, teneatur gradum in ea facultate assumere, antequã incipiat legere, aut post eius principium intra mensem, ꝙ si non assumpserit dictum gradum in dictis terminis, tunc teneatur rector, uel vicerector ad ea obseruanda, quæ cõtinentur in partito 1488. die 8. nouemb. capto in collegio doctorum.

De pulsatione campanæ pro artistis.

SCholaribus nullam grauiorem iacturã temporis amissione esse censentes, quumq; multoties, ipsi. Scholares, ac doctores horarum numero decepti, uel quia eas non audiunt, scolas quãdoq; per multum tempus ante accedunt, quandoq; post horam debitam, quod multum temporis frustra conteri facit. Cui incõuenienti obuiare uolentes, statuimus, ꝙ campanarius Turris Magnæ Palatij D. Potest. teneatur omnibus diebus campanam solitam, more solito pulsare bis in die horis solitis, & consuetis, ac tẽporis spatio consueto incipiendo in die sequenti diem festum S. Lucæ de men. octob. usq; ad diem assump. B.V.M. 15. Aug. exceptis diebus dominicis, ac diebus Iouis, nisi aliud festum in hebdomada esset, quod celebraretur per vniuersitatem nostram, ꝙ succedat loco dicti diei Iouis, & exceptis omnibus diebus, quib9 uniuersitas nostra a lectionibus uacare statuit, quorum copiã bidellus noster in scriptis ipsi campanario dare debeant, quib9 diebus sonare non teneatur, quantum sit pro nobis, nec aliter possit a dictæ campanæ pulsatione cessare, etiam ꝙ D. iuristæ non legerent, apposito tamen aliquo sufficienti signo diuersitatis in pulsatione campanæ, quando iuristæ non legunt, nisi in dictis dieb. aut alijs, quos vniuersitas nostra statuisset a lectionibus esse abstinendum, de quibus pari mõ bidellus noster teneatur ipsi campa

nario notitiam dare, aliter faciens dictus campanarius cadat ĩ pęnam lib. 5. pro qualibet vice, qua sic, ut supra non sonauerit, applicãdarum pro dimidia cameræ Fiscali, pro alia dimidia vniuersitati nostræ. Quoniam uero ęquum est, ut laborum suorum pręmium consequatur. dictus campanarius habere debeat pro mercede sua duc. 3. singulo anno. s. libras nouem in festo Nati. alias lib. 9. in festo S. Ant. confess. quos bidellus noster retinere faciat in camera fiscali de salario doctorum omnium legentium in diebus non feriatis, secundum portionem salariorum, uel ipsos exigere debeat ab ipsis doctoribus, prout D. rectori nostro melius visum fuerit, & ipsos det dicto campanario, ut supra.

Super 28. c. de anothomia facienda singulis annis.

QVod maxime necessarium est, maxime cura appetendũ est, quapropter cum statutum fuisset per statutum 28. hui⁹ secundi uoluminis, ꝙ singulis annis fieret anatomia, quodq; ꝓ ea perficienda rectoris urbis, & territorijq́; tenerentur cadauer cuiuscunq; delinquentis, de quo capitis supplicui sumeretur, dare anatomiæ deputatis, nisi cadauer esset alicuius ciuis Veneti, aut Patauini, quum iam multis dicta anatomia, nisi raro facta fuerit cadauerum defectu. Ideo utilitati non mõ scholarium, sed etiam vniuerso mortalium generi consulentes, non in aliquorũ uilipẽdium, statuitur ꝙ urbis præsides, ac omnium locorum Patauini districtus prætores teneantur dictis nostris anatomistis dare qđcunq; cadauer cuiuscunq; delinquentis capitis supplicio puniti, nisi sit venetus, aut Paduanus, ciuis, ueli ex comitatu ex aliqua familia alicuius æstimationis, & nisi consanguinei eius ex eadẽ familia contradicant, uel aduena nobilis, vel alicuius existimationis, sub pœna in dicto statuto cõtenta. Ad quam uidendam oẽs scholares nostri matriculati possint intrare, dummodo soluerint non obstante dicto statuto, quæ solutio non possit excedere summam marcellorum trium argentorum, ex quibus fiant impensæ necessariæ, & præsertim exequarum.

Super 16. secundi quæ teneantur legere doctores.

VIdentes quam damnosum sit scholaribus, ꝙ toto anno tẽpus in expositorum dictis uerbotenus explicandis conteratur

tur,adeo quod etsi principaliter textus ueluti fundamenta oĩum bonarum literarum intendi,ipsisq; expositoribus declarari deberent,quamplurimos tamen doct.nostros in oppositam sententiã deuenire videmus,qui alicui expositori adeo dediti sunt,vt poti⁹ dixerint Arist.Hippocratem,Galenum,Auicennam,aliosq; sciẽtiarum nostrarum principes errasse,vel aliter sentire nõ potuisse quàm ꝙ ipsos ab eorum sententia deuiasse fateantur,ac ipsorum expositorum uerba tanquam oracula,ac enigmata examinantes, se nihil præstantius facere posse arbitrantur,ꝙ ueluti penitus rõni,ac utilitati nostræ contrarium omnino auferre volẽtes statuimus,quod de cætero in oĩbus lectionib. nostris tam ordinarijs, quam extraordinarijs,talis seruetur ordo uidelicet,quod doctores omnes sub pœna priuationis lecturæ,quam legunt,teneãtur, ac debeant legere,& clare exponere,ac declarare tex.Authorum quos legere tenentur de verbo ad verbum, neq; amplius aliquẽ expositorem,siue commentatorẽ Galeno,excepto, qui alter tex. est,verbotenus exponere possint,sed tantum mõ summatim eorum expositionem afferre,& si quas digressiones, aut notãda vtilia faciunt,si indigent declaratione eas exponant, prout meli⁹ cõuenire videbitur, & quia lõgo tẽporis vsu compertum est multę vtilitati nobis fore, si aliqua addamus,aliqua mutemus de ijs, q̃ legere tenentur doct. pariter hoc statuto cautum esse volumus, quod talis seruetur ordo in lectionib.nostris, videlicet,ꝙ ordinarij Theoricæ primo anno legant primum canonis Auic. secũdo anno aphorismos Hippocratis,cum commento Galeni 3.lib.Microtegni Galeni,nec dimittant propter hoc examinationem difficultatum,secundum ordinem quæst.Iacobi Forliuiensis.

Et omnes doct.nostri teneantur statuta adamussim obseruare sub pœna priuationis lecturæ per annum.

Extraordinarij Theoricæ seruent statutum suum.

Quia tamen iam annis multis nunquam ordinarij practicę attigere,vel saltẽ compleuere in nouo lib.Rasis ad Almansorẽ ęgritudines pectoris,nec in quarto canonis trãsire visi sunt,de febribus in generali,quod scholaribus plurimæ est iacturæ, iõ statuitur,quod ordinarij ipsi practicæ primo anno legant quartũ cano

nis Auicennæ, ſecundo anno nouum lib. Raſis ad almanſorē, incipiendo a capite vſq; ſaltem ad ægritudines membrorū naturalium, tertio anno incipiant in dicto nono ab ægritudinib. mēbra natu. ſequendo vſq; ad finem.

Extraordinarij vero practicæ eo anno, quo ordinarij legunt quartum canonis legant nonum ae almanſorem incipiēdo ſecundo anno quartum canonis incipiendo a principio, tertio anno ſequātur in dicto quarto incipiēdo ubi anno antecedēti deſierint.

Ordinarij philoſophiæ legant Ariſt. textusq; tantum, de quibus in ſtatuto ſit mentio.

Extraordinarij philoſophiæ eo anno quo ordinarij legūt primos phyſicorum, legant quatuor vltimos incipiendo a quinto, alio anno lib. Gener. & Cor. 3. lib. de anima.

Theologis nihil immutandum duximus.

Metaphyſici legant tex Metap. Ariſt. & pertractent qōnes, & difficultates, quę ſibi uiſæ fuerint neceſſariæ & profuturę primo anno incipiendo 1. lib. Metaph. & ſucceſſiue ſequātur per 3. an. vſq; ad finem, uerum quia in eis libris aliqua ſunt, quæ utilitate cætera præſtant, ideo omittant eam partem, quæ auditorib. videbitur omittenda, aut eorum maiori parti, etſi inter eos eſſet ſententiarum paritas legant ea, quæ videbuntur D. rectori, & cōſiliarijs, nec amplius volumus ipſos metaphyſicos tantum tēpus conterere in quæſtionibus, & textum relinquere in expoſitum.

Logici de mane chirurgia aſtrologus, quem tanquam neceſſarijſſimum habere omnino uolumus, & Rhetor, ac græcis literis deputatus, & tertias lecturas legentes, & moralis legant ea, quæ ſibi pro tex. demandantur a ſtatuto.

Logici de ſero legāt primo logicam Pauli Veneti cum elēchis Ariſt. quibus uel earum altera lectura completa, legāt in reliquo anni tempore lib. Top. Ariſt.

Hunc autem ordinem inuiolabiliter obſeruari volumus, cui quoties qui contrafecerit toties ſe priuatum lectura illa ſciat eſſe per annum, ſoluatq; vniuerſitati noſtræ duc. 25.

Super 29. de pœna empericorum.

SCiunt qui experiuntur quātum referat ęgros in manib. ignarorum,

rorum, ac nomine medici indignorum se committere, siquidẽ pro valetudine recuperanda, vel dolorem subeunt ingentem, vel mortem citam oppetũt, nullum.n.damnosus medicamen ad hiberi ægris posse uidetur, quam ignari medici consilium, talium namq; numerum in gentem ubiq; scaturire uidemus, quod etsi in omnibus locis indecens sit in tam præclara tamen urbe, & celeberrime gymnasio decorata indecentissimũ esse uidetur. Cui maximo adeo inconuenienti prędecessores nostri obuiare cupiẽtes, statuto prohibuerant neminem posse medicinam aũt exercere, nisi licentiam fuisset a collegio artistarũ cõsecutus. Quod etsi sanctissimum sit. incuria tamen aliquorũ adeo obsoleuit, quod & fabri, & tonsores oẽs, ac institores, ac omnium mechanicarum artifices uno tantum ẽt male intellecto remedio, in omnib. ægritudinibus, ac ægrotis utentes proprijs de relictis artib. ad medicam se conuertuntur, Quod auferre uolẽtes, statutum ipsũ ad vnguem obseruandum esse ducimus rectoremq; quemlibet nostrũ post assumptionem caputei per x.dies obligatũ esse uolumus requirere Magnificos vrbis præsides, ac omnium locorũ Patauini agri, Prætores, ac officiales reliquos iuxta statutũ, qui authoritate sua statutum illud publice publicari faciant in locis solitis, ipsumq; inuiolabiliter obseruari iubeant. Rectorq; noster prædicta non exequens, pœnam lib. 50.incurrat patiendarũ pro dimidia vniuersitati, pro reliqua dimidia accusatori.

Super 42.de ferijs faciendis pro purgationibus.

DIcebat Gal. 1.de simpl.medicina c.ult.iux.sentẽtiam Hippocratis dicentis aphorismorum secũdo nõ pura corpora, quãto plus nutries, tanto magis ledes, hoc ẽt extendi ad animos non puros, quæ omnia quum cæteris a nobis peragendis præponi debeant, iõ & animi, & corporis saluti attendentes, ut quilibet, qui immundo est animo peccatorum suorum, veniam, & remissionem impetrare possit, quam facile quisq; Venetijs in festo assensionis Dominicæ consequi põt, ac vt qui immundo est corpore possit medicis remedijs expurgari, ne a lectionib. impediant, Statuitur, ꝙ a die dominico immediate antecedẽte festũ assensionis, usq; ad dominicũ sequentẽ ab omnibus lectionib⁹ abstineatur.

Super

Super 19. statuto de ordine in disputationibus seruando.

QVoniam multoties, vel fauore, vel aliquo ingenio aliq; sunt qui in disputatione in hoc studio positas conclusiones sustinere volentes, licet eis arguere debeant scolares, cum gradū doctoratus in illa facultate non habeant, quærunt, ac obtinent a rectore licentiam dictas conclusiones disputandi, & quod ipsis arguant tantum doctores, quod maximo scholarium cedit dāno. Iō huic inconuenienti obuiare volentes, statuitur quod quilibet, qui gradum doctoratus habuerit in facultate, ī qua disputare voluerit, possit impetrata licentia a Mag. rectore nostro iuxta formā statutorum conclusiones ipsas disputare, quibus arguere possint doct. Si autem talis disputans respondens in ea facultate nō fuerit doctor, nullus doctor sibi arguere possit, sed tantū scholares arguant, si vero doctores arguere voluerint, arguant postquā oēs scholares arguere volentes munere suo functi fuerint, nec aliter sub pœna lib. 5. cuilibet doctori.

Si vero aliquis non doctor disputans, voluerit, quod doct. sibi arguant, primo proponatur pars in consilio rectoris, an ipsi talis licētia concedenda sit, quæ si capta fuerit per eorū maiorē partem, arguere sibi possint doct. dūmodo prius soluerit talis disputans ea, quæ soluere tenetur ex forma statutorum, de quib9 nulla possit fieri remissio, aut gratia, sub pœna rectori ꝓ parte sua ī duplum soluendi vniuersitati, nec in consilio possit aliqua pars proponi de tali pecunia remittēda, nec proposita ballotari, & si ballotata, & obtēta fuisset nullius sit ualoris, sub pœna rectori li. x. & cuilibet consiliario, & sapienti non prohibenti dictam partem ꝓponi lib. 5. applicandarum vniuersitati nostræ. Et vltra hoc dict9 disputās in die sibi per rectorem limitanda post, teneatur dictas conclusiones publice sustinere, cui tantum scholares arguāt, nec de hoc possit fieri gratia sub pœna suprascripta.

Vt aūt declaretur ordo seruandus tam in ipsis disputationib9, quam in omnibus alijs publicis. talis seruetur regula, q; null9 doctor sapiens, consiliarius, siue scholaris cuiuscunq; nationis, conditionis, gradus, aut dignitatis existat in aliqua disputatione arguere possit, nisi habita licentia a Mag. rectore, & nisi tales oēs pter

ter doctores sint matriculati, in disputationibus, in quibus scholares arguunt, primo arguat Mag. rector, vel vicerector secundo sapiens, tertio nisi aliquis nobilis venetus scholaris voluerit argumentari, vnus de natione rectoris arguat, & sit successiue secũdũ ordinem nationum, in proprio statuto cõtentum, vsq; ad nationem patauinam. Declarantes, q̃ si consiliarij nationũ, uel sapiẽs arguere voluerit, singulus in singula natione arguat, sed qui in vna disputatione arguerit in sequẽti arguere nõ possit, etsi in nationib. non essent cõsiliarij, qui arguere vellent, scholaris eiusdẽ nationis arguere, possit si vero in aliqua natione scholaris, nec cõsiliarius arguens esset, alius scholaris, nec cõsiliarius alteri⁹ nationis arguere possit, sed prætermittatur vacãs dicta natio, & sic discurrantur oẽs nationes post cõpletam totam circulationẽ, reuertatur per ordinẽ bidellus ad vocandas nationes, quę caruerũt arguente, in quibus tali casu quilibet scholaris arguere possit.

PRAECONIVM.

PRo diligentiori priuilegiorum nostrorum obseruantia, sanciendum duximus, quod rectores ciuitatis paduæ teneantur singulis annis, circa principium studij de mense octob. sono tubæ, & alta voce in locis cõsuetis, & specialiter in palatio iuris ponere ædictum, seu proclamari facere per hæc uerba.

Per parte, & special comandamento delli Mag. & Clariss. Sig. Rettori della Città di Padoa, & distretto suo, per l'Illustriß. & Excellẽt. Du. do. de Venetia si notifica a tutti i dottori dell'una, & l'altra floridissima academia Patauina, & scholari essistenti nel presente studio, che possino liberamente, & securamante venir alla detta città, stare, & partirse, che tutti li priuilegij delli studẽti, immunità, & essemptione, & statuti già concessi, & che saranno dati da nuouo liberamente, & intierameate seranuo vsq; ad vnguem *oßeruati, & massime l'esentione di gabella, che ciascheduno ilquale uenisse a studiar in detta città, in ogni facoltà per le robbe, che saranno portate per loro, ò per altre persone in suo nome, non pagheranno alcuna cosa. Item non pagheranno passi, ouer bollette, ne verranno danneggiati per altri modi, ma saranno ben uenuti, & fauoreuolmente trattati, & sopra ciò è ottimamente proueduto, & ordinato, & similmente i detti dottoti, & scholari,*

lari, & studenti in ogni facoltà si possono, quando uogliono liberamẽte partire, dummodo non siino condotti per legere, & etiam possino in ogni tempo retraher fuori della città, & contado li suoi libri, & beni nominadi, ò per se stessi, ò per altri, osseruate tutte le sue immunità, statuti, & priuilegij, & essentioni predette, comandando à tutti li officiali della città predetta, & datiarij, & qualonque altra persona, & custode publico vogliano, & debbino osseruar il presente proclama, et statuti de' ditti scholari sotto pena de periurio, & pene, & interessi, continenti nelli loro statuti, & priuilegij.

Quòd artistæ gaudeant omnibus iuribus, & priuilegiis iuristarum.

ITem vt in alijs statutis cernitur factum fuisset, ita in his seruari statuimus, q̄ si quæ exemptiones, priuilegia, immunitates, concessiones, & commoda ultra ea, quæ nobis donata fuerũt, cõcederentur vniuersitati rectori, scholarib. aut doctorib. vel officialib. D. iurist. ipso iure nobis concessa sint, & esse intelligantur.

Quòd notarius, & bidellus uniuersitatis, ac doctores legentes non possint sine licentia rectoris.

STatuto cautum fuerat, q̄ aliquis scholaris, noster non possit detineri pro aliquo debito, sine licentia rectoris, &c. ut ĩ eo. Quia tamen nulla in eo fit mentio de doctoribus, & alijs vniuersitati nostræ subiectis, statuitur, q̄ idem seruetur de doctoribus nostris legentibus, ac vniuersitati nostræ alijs subiectis supra notario, & bidellus.

Quomodo rector, & alii accedere possint venetias pro uniuersitate.

NOn sine magno vniuersitatis nostræ dispẽdio rector noster venetias petere potest, & quia ipse nostris tẽporibus quamuis leui cã mitti consueuit, quod quidem vltra vniuersitatis nostræ impensam authoritati magistratus non parum detrahere videtur, ideo bonum esse censentes, tam facilem ei aditum impedire, statuimus quod rector noster non debeat, nec possit venetias accedere, nisi pro re magni momenti, & quæ magnam utilitatem vniuersitati paritura sit, vti pro conseruatione, aut ampliatione priuilegiorum, & eiusmodi rebus, quæ tamen causa cognosci debeat per ipsum rectorem, sapientem, & consiliarios, partito posito ad ballotas, quod si uisum fuerit duabus partibus triũ partiũ

con-

consiliariorum tali causa venetias petat, & ibi permaneat tẽpore tunc limitando,& vt honorifice stare possit in dicta urbe,ꝙ honori uniuersitati nostræ cedit, habeat pro impensa victus lib. 5. paruorum singula die, teneaturq; secum habere vnum sociũ scolarem,per consiliarios vt supra eligendum, & duos famulos ad minus,aliter nihil habeat ab uniuersitate nostra.

Si autem cõtingat aliquod negocium pro vniuersitate nostra venetijs,peragendum,vt literis expediatur curandum est, quod si requireret præsentiam alicuius,mittãt rector,& consiliarij, ut supra seruato moræ,aliquẽ idoneum,& sufficientẽ scholarẽ,uel bidellum,qui habeat sol. 30.pro quol.die,quo stabit venetijs,& pro accessu,& recessu.durante tempore sibi statuto,ut sup. de rectore dictum est. Inuigilent tamen consiliarij ne pro quacunq; leui causa vniuersitatem nostram expensis aggrauent.

Quod in statutis,in quibus non exprimitur pœna inobedientibus intelligatur pœna.

VEniæ facilitas solet multoties homines ad peccandũ incitare,qua de re uidentes multa statuta nostra p̃cipientia, ꝙ aliquid per rectorẽ,consiliarios sapientẽ,aut scholares,& ministros nostros fieri,aut euitari debeat,nullã tamen errantib. pœnam imponentia,æquum esse statuimus, ꝙ & si pœna aliqua in eis non contineatur,errantes,& contumaces ipsi pœnam li. 25.incurrãt, & vltra,& infra,iuxta rectoris arbitrium,dummodo ex toto impunes non euadant,quæ pœna pro dimidia vniuersitati applicetur,pro alia dimidia rectori.

Quod strepitus non fiat prope domum scholarium.

CIuili iure prohibitum fuit ne aliquis mechanicus, aut alius; qui in exercitio suo perficiendo strepitum aliquem faciat, adeo quod studium impedire posset,audeat,penes domũ habitationis alicuius doctoris,aut scholaris domum accipere, quod rõnabile esse censentes,statuimus, quod post cõductionem dom9 factam per scholarem.uel doctorem pro habitatione sua, penes dictam domum conductam a scholare,aut aliquo doct.legente. nullus,qui strepitum aliquem notabilem,aut sonitum, qui a studio distrahere possit,facere habeat,ut sunt fabri,ferrarij,lignarij

tex-

textores,& huiusmodi generis,audeat domũ conducere, nec sibi aliquis eam locare,sub pœna cuilibet ipsorum,postquam sibi denunciatum fuerit,lib. 50.applic.pro tertio cameræ Fiscali,pro alio tertio vniuersitati,& pro alio tertio doctori,siue scolari vexato, vltra quã pœnam teneatur statim dictus cõductor a dicta domo recedere,vel exercitium suũ dimittere.adeo, q̃d in domo scolaris non sentiatur strepitus simili modo dictus ẽt locator teneatur dicto conductori licentiam subito a dicta domo dare, & si pertinaces fuerint incurrant pœnam duplã,applicandam,vt sup.

De scholarium habitu.

EX temporũ diuersitate animi mores mutasse hoĩes experientia iam diu compertum est,maiores etenim nostri,tot priuilegijs,ac beneficijs ab Illust.venetorum senatu fuerũt affectu, vt patauinum gymnasium toto orbe celebratissimum habeatur. Cæteerum ob bellorum confusionem, quibus iam diu tota italia affecta fuit,ea adeo periere, vt ne minimum quidem ipsorũ seruetur,immo ad tantum vilipendium peruenire, vt ẽt abiectissimo cuilibet viro contra ipsa agere datum sit scholares quoque ob temporum iniurias ita a prædecessoribus suis deuiarũt,vt nõ bonarum artium professores, sed potius gladiatores habitu esse videantur.Nunc aũt tota italia a bellorum procellis liberata, ab illustrissimo prælibato senatu cum decretum sit, vt oĩa restaurentur,& quæcunq; ob malam consuetudinem periere iterũ in pristinum redigantur,atq; priuilegia,quæ prædecessorib.nostris cõcessa fuerant,multumq; ampliora nobis iterum cõcedantur.Aequum igitur est cum omnia iam ad tranquillitatẽ redacta sint,cũque tot muneribus affecti simus, vestimenta,quæ ipsis, ac dignitati scholastice proportione respondeant, veluti maiores nostri consueuere illari animo assumamus,statuitur itaq;, ꝙ scholares omnes nostri cuiuscũq; nationis,patriæ,gradus,offici, aut dignitatis existant,nisi aut religio,aut magistratus aliud indumentum exigeret,incipiendo saltem in principio studij, & sic successiue perpetuis temporibus, teneantur induere se veste idonea,& cõuenienti scholarium gradui hoc modo videlicet. quod ferãt uestem vsq;ad plantas pedum longam cum manicis latis apertis ferantq;

rantq; etiam si ipsis videbitur circa collum insulam, fasciāve siri ci, nuncupatum ormisini, aut talis generis sirici supra dictam ve stem, adeo quod videri possit, nec in alio habitu locum aliquem adire audeant publicum. s. ad scholas. forum, plateas, pallatiũ, ecclesias nec alium locum publicum, aut alium actum publicũ, & si secus fecerint se amisisse omne scholasticum, priuilegiũ, immu nitatem, libertatem, ac facultatem tam in suffragijs præstandis, quam in exemptionibus sibi competentib⁹, virtute nominis sco lasticis per annum integrum immediate succedentem quotiescũ que huic nostræ iuste deliberationi cõtrafecisse uisus fuerit, nec in alio habitu scholas nostras ingredi queat, sed tanquam legum ac societatis nostræ spretor, ac contemptor ab eis arceatur, & ipso, vel ipsis prædictum habitum non habētibus, scholas nostras occupantibus doctor nullus audeat lectionem aliquā legere, qđ si contrafecerit se pœnā li. 50. incurrisse, sciat vniuersitati nostræ applic. Sed bidellus noster teneatur ad requisitionē cuiuslibet do ctoris, aut scholaris præcipere tali contumaci, ꝙ statim scholas nostras exire debeat, sub pœna duplicationis pœnæ antedictæ.

